This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

870.58
P78
1895

Digitized by Google



FROM THE LIBRARY OF
MAJOR FENTON R. MCCREERY
UNIVERSITY OF MICHIGAN 1884-86

Digitized by Google

870.58
P78
1895

Digitized by Google

Digitized by Google

CRESTOMATÍA LATINA

DISPUESTA POR

Don Vicente Polo y Pérez,

DOCTOR EN FILOSOFÍA Y LETRAS,
LICENCIADO EN DERECHO CIVIL Y CANÓNICO,
Y CATEDRÁTICO NUMERARIO EN EL
INSTITUTO DE SANTANDER.

Eugenio Bustillo Bridat.

N.º 56

TERCERA EDICION.

VALLADOLID:
IMPRENTA, LIBRERIA y ENCUADERNACION
de AGAPITO ZAPATERO

1895

Digitized by Google

870.58
P78
1895

Digitized by Google

PROLOGO.

Todo el que publica una obra tiene el deber de decir á los lectores las causas que á ello le han obligado, sobre todo, cuando tanto se ha escrito acerca de todas las materias.

La primera y principal razón que he tenido para dar á luz la presente Crestomatía latina, es la aversión que siempre he tenido á las notas y comentarios de que están plagados casi todos los libros destinados á la traducción de los *Clásicos latinos*. Siempre he considerado ese trabajo como innecesario y hasta perjudicialísimo á los niños que se dedican al estudio de la lengua latina; siendo lo más extraño que los argumentos aducidos por los defensores de las notas, me sirven á mí para combatirlas. He podido observar que todas las notas están traducidas libremente; con lo que se consigue que los niños no aciertan á conocer qué palabras castellanas corresponden á las latinas que están traduciendo.

Si fuera posible que los discípulos aprendieran por sí solos el latín, no solamente las admitiría, sino que hasta les aconsejaría que buscasen autores que estuviesen traducidos al castellano. Como esto no sucede así, pues no habrá uno solo que lo haya intentado, claro está que las notas y las observaciones las hará con más oportunidad el profesor.

Digitized by Google

Otra de las razones que me han impulsado á emprender este trabajo, es la de no estar enteramente de acuerdo con la marcha seguida por otros autores. Todos convienen en afirmar que los tratados para la traducción deben estar graduados de tal manera, que la transición de lo fácil á lo difícil se realice de un modo casi imperceptible; ¿pero se ha cumplido fielmente este acuerdo? Los que en mi concepto se han aproximado más, han sido los que al principio de su obra han colocado los extractos de la historia sagrada segun el texto de Lhomond; sin embargo, al volver por pasiva la primera de activa que en la misma se encuentra, tropieza el niño con una dificultad que no sabrá vencer hasta no cursar el segundo año.

Nuestra obrita está redactada bajo un plan mucho más sencillo, pues sé da el caso de que en el primer dia de traducción solo ignorarán los discípulos una palabra, á pesar de que traducirán más de cuarenta: esto se consigue marchando de acuerdo la *Gramática* y la *Crestomatía*.

Digitized by Google

EJEMPLOS DE LAS ORACIONES SIMPLES.

1.ª

Oraciones primeras de SUM, significando SER.

Agricola fuit, est et erit bonus et prudens.
Fabulæ nostræ fuere, sunt et erunt bonæ.
Portæ et fenestræ fuerint novæ.
Rosa nostri horti fuisset formosa.
Esto tú dócilis, et studiosus.
Estote vos parati.

2.ª

Primeras y segundas de SUM, significando ESTAR Y HABER.

Ego eram paratus ad omnem eventum.
Vos eritis contenti, quamvis sitis ægri.
Omnis nostra spes est in vobis.
Tu fuisti, es, et eris in terrâ alienâ
In hoc numero illi certè fuissent.

Digitized by Google

Sunt in historia res quas nemo debet ignorare.
Este quieti, et atenti.

3.ª

Impersonales activos y pasivos.

Ita inter homines bonos constabat
ïn æstate tonat atque grandinat
In hieme pluit et ningit copiosé.
Pugnatum est diu atque acriter
Ita præceptum fuerat á Cæsare.
Cum fulgurat, lucescit.

4.ª

Primeras de activa.

Deus creavit omnia intra sex dies.
Adamus habuit multos liberos.
Quidam sancti viri coluerunt veram religionem.
Abrahamus misit servum suum Eliezerem.
Isaacus introduxit Rebeccam in tabernaculum.
Hic pacem conciliavit inter duas nationes.

5.ª

Primeras de pasiva.

Omnes gentes propagatæ sunt á filiis Noemi.
Copiæ Atheniensium devictæ sunt á Lisandro.
Vos reprendebamini sæpe á Magistro.
Aticus absens colebatur á Marco Antonio.
Aliquando ego fallor á meis dicipulis.
Is quandoque reprenditur á principibus.

6.ª

Segundas de activa.

Romani iterum atque iterum pugnaverunt.

Digitized by Google

Legati carthaginiensium venerunt cum mandatis.
Themistocles conflixit primùn apud Arthemisiun.
Respublica romana crevit multo labore.
Ego certè tibi persuadebo.
Amor patriæ vivit et vivet in meo pectore.

7.

Segundas de pasiva.

Pomponius sepultus est in monumento Cecilii.
Romulus consecratus fuit anno trigesimo septimo regni.
Numa Pompilius creatus fuerat rex.
Tullus Hostilius ictus fuit fulmine.
Exercitus noster disjectus fuit sæpe.
Boni imperatores semper laudantur.

8.ª

Primeras y segundas de deponentes activos.

Si vos fatemini peccata, consequemini veniam.
Ambo consules profecti sunt Africam.
Ipsi consules naufragium passi fuerant.
Rex Numidarum mortuus est senex.
Boni bonos imitantur; mali malos.
Discípuli studiosi consilia magistri sequuntur.

9.ª

Primeras y segundas de deponentes pasivos.

Mali in omni tempore vapulaverunt á lege.
Latrones in omnibus regionibus exulabunt.
Libri ac vestes veneunt á malis scholasticis.
Domus nova et magna fiet ab architecto.
Tu salvebis iterum atque iterum á Cicerone.
Ego, tu et Petrus calefimus.

Digitized by Google

10.ª

Oraciones con de ó de obligación.

Pueri futuri sunt attenti et studiosi.
Gens romana in magnis periculis futura erat.
Dicendum erit de singulari virtute Cæsaris.
Vos obtenturi essetis magna premia.
Tibi ipsi dolendum est primùm.
Boni mores imitandi sunt in omni tempore.



MAXIMAS SUELTAS

Tomadas de varios autores.

11.ª

Non potest studium salutare esse sinè frugalitatis cura; frugalitas autem paupertas est voluntaria.

Duobus modis fit injuria, aut vi aut fraude: fraus videtur quasi vulpeculæ, vis leonis.

Qui paupertatem timet, ipse timendus est: paupertas amanda est, quod ostendit á quibus tu ameris.

Divitiarum et formæ gloria fragilis est; virtus clara æternaque habetur.

Digitized by Google

12.ª

Necesse est leges hominibus ponere, ut secundùm leges vivant: sinè lege nec domus, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura, nec ipse mundus potest. Demostenes dixit leges civitatis animan esse; ut enim exánime corpus procumbit, similiter civitas, si leges absint, non consistit.

13.ª

Neque est impossibile, neque difficile factu hominibus imperare, si ille qui imperat, agat id prudenter; prudentibus enim ultro paretur.

Fieri non potest ut sinè prudentia sit homo bonus. Prudentia differtur á ceteris virtutibus, quantum visus ab aliis sensibus. Robur, murum et arma præstat prudentia homini sapienti.

14.ª

Humanum judicium pervertitur quatuor modis, timore, cupiditate, odio et amore: pervertitur metu, cum non audemus loqui veritatem metu alicujus; cupiditate, cum corrumpimur munere; odio cum molimur adversa contra quemlibet; amore, dum amico aut propinquis placere contendimus: his enim cuatuor causis sæpe æquitas violatur.

15.ª

Civitates tunc optimè gubernantur, cun mali dant pœnas. Ut medici incidunt membrum sæpe putrefactum, atque in totum eradicant, ne aliam partem corporis corrumpere possit; sic est necesse ut homines perditissimos ex urbe extirpemus, si volumus rempublicam esse salvam. Præfectus urben purgare debet á malis hominibus.

Digitized by Google

16.ª

Ælia, si mèmini, quatuor dentes fuerant tibi; una tussis expuit duos et altera alios duos, jam potes tussire secura totis diebus, quia tertia tussis non habet quod agat.

17.ª

Amice, si tu me diligis, ego non amo te, nec possum dicere quare, hoc unum dicere possum: Amice, non amo te. Cum te non nossem, dominum vocabam, cùm bene te novi, jam Petrum voco.

18.ª

Si me interrogas de victu, respondebo: turdus inter aves, lepus inter quadrupedes primam gloriam habet. Dente timetur aper; cornua cervum defendunt; damæ imbelles sunt prædæ venatoribus.

19.ª

Diògenes ferebat secum peram, polentam, tribonem, bàculum et scyphum; sed, cum vidisset bubulcum potare aquam manibus cavis, dixit: scyphe, video te esse inutilem, et projecit eum.

20.ª

Vivunt malè, qui credunt se semper victuros esse: vita est longa mìsero; sed est brevissima homini felici: quàm timendus est homo, qui credit se totum mori!

21.ª

Res optimæ amicos parant, res adversæ probant.

Digitized by Google

Cùm habeas amicum, cògita illum tèmpore posse esse inimicum. Comes eloquens, in via valet tantùm quantùm vehiculum.

22.

Qui dat cèleriter, bis dat. Est fraus accipere quod non possis rèddere. Accìpere beneficium est vèndere libertatem. Ab alio exspectes, quod fèceris àlteri. Qui fidem pèrdidit, nihil ultra pèrdere potest.

23.

Heu, quàm mìserum est lædi ab illo, de quod non possis queri! Mìserum est cogi tacere, quod cupis loqui. Tìmidus vocat se cautum, sòrdidus parcum. Qui parcit malis, nocet bonis.

24.

Alienum placet nobis, nostrum placet aliis. Homini avaro deest quod habet et quod non habet. Avarus nihil facit recte, nisi cum moritur. Perìculum cum perìculo vìncitur.

25.

Qui vincit iracundiam, vincit hostem máximum. Qui se vincit, bis vincit. Dòminus qui timet servos, valet minus quàm servus. Ille, quem multi timent, multos timère debet.

26.

Stultum est timere quod non potest vitari. Etiam unus capillus suam umbram habet. Quod multis placet,

Digitized by Google

cum magno periculo custoditur. Quàm difficilis est custodìa gloriæ.

27.ª

Donec eris felix, multos numerabis amicos; tempora si fuerint nubila, solus eris. Principiis obsta; sero medicina paratur, cum mala per longas convaluere moras

28.ª

Nàscitur exiguus; sed opes acquirit eundo,
quaque venit, multas áccipit amnis aquas.
Cernis ut ìgnavum corrumpunt otia corpus,
et capiunt vitium, ni moveantur, aquæ.

29.ª

Fertilis, assiduo si non renovetur aratro,
nihil, nisi cum spinis gramen, habebit ager.
Gutta cavat làpidem, consumitur annulus usu,
et teritur pressä vomer aduncus humo.

30.ª

Dum vires animique sinunt, tolerate labores;
jam veniet tácito curva senecta pede.
Venturæ memores jam nunc estote senectæ;
sic nullum vobis tempus abibit iners.

31.ª

Terra salutiferas herbas, eademque nocentes
nutrit, et urticæ próxima sæpe rosa est.
Quid magis est durum saxo ¿quid mollius unda?
dura tamen molli saxa cavantur aqua?

Digitized by Google

32.

Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor,
Ut vòlucri, vacuo quidquid in orbe patet.
Nec, quæ prèterit, rursum revocabitur unda,
Nec quæ præterit hora, redire potest.

33.

Utendum est ætate; cito pede làbitur ætas.
Nec bona tam sèquitur, quam bona prima fuit.
Quam cito (me miserum) laxantur corpora rugis!
Et perit, in nìtido qui fuit ore, color!

34.

Eximia est virtus præstare sìlentia rebus.
Et contra gravis est culpa tacenda loqui.
Nìtìmur in vètitum semper, cupimusque negata.
Quod parum novit, nemo docere potest.

35.

Omnia si perdas, famam servare memento. Dic mihi de quo gloriaris, et ego dicam tibi quo tu càreas. Sit procul omne nefas. Esto amabilis, ut tu ameris ab òmnibus.

36.

Velle idem, atque idem nolle, ea profecto est vera ac firma amicitia.

Præstat èmori per virtuten, quàm vitam inhonestam per dedecus vivere.

37.

Decet illos, qui de rebus dubiis cónsultant, esse va-

Digitized by Google

cuos ab odio, amicitiâ, irä atque misericordiä.

Semper in prælio est maximum periculum illis qui màximè timent.

38.ª

Plerumque in rebus humanis major pars meliorem vincit.

Homo sum; humani nihil á me alienum puto.

Omnes sumus deteriores licentiâ.

39.ª

Nihil est tam difficile, quin quærendo possit investigari.

Quàm multa injusta ac prava fiunt sæpe moribus!

40.ª

Hæc, dum incipias, dumque ignores, sunt gravia; ubi cognoveris illa, sunt facilia.

Unus ingratus omnibus miseris nocet. Ingrati docent malignos fieri.

41.ª

Non oportet discípulos legere multa; set est conveniens illos legere multum, quia sensus intentus plùribus, est minor ad singula. Mens conscia recti, famæ mendacia videt.

42.ª

Levis est dolor qui consilium cápere potest. Qui statuit aliquid, inaudita allerâ parte, licet æquum statuerit, haud fuit æquus. Qui timide rogat, docet negare, Cui scelus prodest, is fecit.

Digitized by Google

43.

Fortuna dat, rapitque quodcumque libet, et qui modo erat Cræsus, subito factus est pauper.

Dèxtera præcipue capit indulgentia mentes. Aspèritas odium, sævaque bella movet.



Digitized by Google

Fábulas de Fedro.

PROLOGUS.

Æsopus auctor, quam materiam reperit,
Hanc ego poliví versibus senariis.
Duplex libelli dos est: quòd risum movet;
Et quòd prudenti vitam consilio monet.
Calumniari si quis autem voluerit,
Quòd arbores loquantur, non tantùm feræ;
Fictis jocari nos meminerit fabulis.

Canis natans.

Amittit meritò proprium, qui alienum appetit.
* Canis per flumen carnem dùm ferret natans,
Lympharum in speculo vidit simulacrum suum;
Aliamque prædam ab alio ferri putans,
Eripere voluit. Verùm decepta aviditas,
Et, quem tenebat ore, dimisit cibum:
Nec, quem petebat, potuit adeò attingere.

Digitized by Google

Vacca, Capella, Ovis et Leo.

Nunquam est fidelis cum potente societas.
Testatur hæc fabella propositum meum.
* Vacca, et Capella, et patiens Ovis injuriæ,
Socii fuêre cum Leone in saltibus.
Hi cûm cepissent cervum vasti corporis
Sic est locutus, partibus factis, Leo:
Ego primam tollo, nominor quia Leo:
Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi:
Tûm, quia plus valeo, me sequetur tertia.
Malo afficietur, si quis quartam tetigerit.
Sic totam prædam sola improbitas abstulit.

Vulpes ad Personam tragicam.

Personam tragicam fortê Vulpes viderat:
O quanta especies, inquit, *cerebrum non habet.*
* Hoc illis dictum est, quibus honorem et gloriam
Fortuna tribuit, sensum comunem abstulti.

Ovis, Cervus et Lupus

Fraudator nomen cûm locat sponsu improbo
Non rem expedire, sed mala videre expetit.
*Ovem rogabat Cerbus modium tritici,
Lupo sponsore. At illa præmetuens dolum:
Rapere, atque abire semper adsuevit Lupus.;
Tu de conspectu fugere veloci impetu.
Ubi vos requiran, cûm dies advenerit?

Canes famelici.

Stultum consilium non modô effectu caret;
Sed ad perniciem quamque mortales devocat
*Corium depressum in fluvio viderumt Canes.

Digitized by Google

Id ut comesse extractum possent faciliùs,
Aquam cœpêre bibere; sed rupti priùs
Perière, quàm, quod petierant, contigerent.

Canis et Crocodilus

Consilia qui dant prava cautis hominibus,
Et perdunt operam, et deridentur turpiter.
*Canes currentes bibere in Nilo flumine.
A crocodilis ne rapiantur, traditum est.
Igitur cùm currens bibere cœpisset Canis;
Sic Crocodilus: *Quamlibet lambe otio:*
Noli vereri. At ille: *Facerem mehercule;*
Nisi esse scirem carnis te cupidum meæ.

Homo et canis.

Laceratus quidam morsu vehementis Canis,
Tinctum cruore panem misit maleflco;
Audierat esse quod remedium vulneris.
Tunc sic Æsopus: *Noli coram pluribus*
Hoc facere Canibus, ne nos vivos devorent,
Cùm scierint esse tale culpæ præmium.
*Successus improborum plures allicit

Anus ad Amphoram.

Anus jacere vidit epotam Amphoram,
Adhuc, Falernâ fæce et testâ nobili,
Odorem quæ jucumdum latè spargeret.
Hunc posquam totis avida traxit naribus:
O suavis anima ¡qualem te dicam bonum
Antehac fuisse, tales cùm sint reliquiæ!
Hoc quò pertineat, dicet, qui me noverit.

Socratis dictum.

Vulgare amici nomen, sed rara est fides.

Digitized by Google

Cùm parvas ædes sibi fundasset Socrates,
(Cujus non fugio mortem, si famam adsequar,
Et cedò invidiæ, dummodo absolvar cinis)
E populo sic nescio quis, ut fieri solet:
Quæso; tam angustam, talis vir ponis domum?
Utinam, inquit, *veris hanc amicis impleam!*

Vulpes et Uva.

Fame coacta vulpes altâ in vineâ
Uvam appetebat, summis saliens viribus.
Quam tangere ut non potuit, discedens ait:
Nondum matura est; nolo acerbam sumere.
Qui, facere quæ non possunt, verbis elevant,
Adscribere hoc debebut exemplum sibi.

Vipera et Lima.

Mordaciorem qui improbo dente adpetit,
Hoc argumento se describi sentiat.
In officinam fabri venit Vipera.
Hæc cùm tentaret, si qua res esset cibi,
Limam momordit. Illa contrà contumax:
Quid me, inquit, *stulta, dente captas lædere,*
Omne adsuevi ferrum quæ corrodere?

Pera.

Peras imposuit Jupiter nobis duas.
Propriis repletàm vitiis post tergum dedit,
Alienis ante pectus suspendit gravem.
Hâc re videre nostra mala non possumus:
Alii simul dilinquunt, censores sumus,

Homo et Colubra.

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.

Digitized by Google

Gelu rigentem quidam Colubram sustulit,
Sinuque fovit, contra se ipse misericors.
Namque ut refecta est, necuit hominem protinùs.
Hanc alia cùm rogaret causam facinoris,
Respondit: *Ne quis discat prodesse improbis.*

Mons Parturiens.

Mons parturîbat, gemitus inmmanes ciens;
Eratque in terris maxima exspectatio.
At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi,
Qui màgna cùm minaris, extricas nihil.

Duo Calvi.

Invenit Calvus fortè in trivio pectinem.
Accessit alter, æquè defectus pilis:
Eia, inquit, *in comune, quodcumque est lucri.*
Ostendit ille prædam, et adjecit simul:
Superùm voluntas favit; sed, fato invido,
Carbonem, ut aiunt, pro thesauro invenimus.
*Quem spes delusit, huic querela convenit.

Taurus et Vitulus.

Angusto in aditu Taurus luctans cornibus,
Cùm vix intrare posset ad præsepia,
Monstrabat vitulus quo se pacto plecteret.
Tace, inquit,: *ante hoc novi, quàm tu natus es.*
*Qui doctiorem emendat, sibi dici putet.

Digitized by Google

Cartas de Ciceron.

EPIST. XX.—LIB. XIV.

M. T. C. Trentiæ suæ S. P. D.

I.

In Tusculanum nos venturos putamus aut nonis, aut postridiè: ibi fac ut sint omnia parata. Plures enim fortasse nobiscum erunt, et, ut arbitror, diutiùs ibi commorabimur. Labrum, si in balneo non est, fac ut sit: item cètera, quæ sunt ad victum et ad valetùdimem necessaria. Vale. Kal. Octob. de Venusino.

EPIT. XII.—LIB. XVI.

Cicero Tironi S. D.

II.

Ego verò cupio te ad me venire; sed viam timeo: gravissimè ægrotasti: inediâ, et purgationibus, et vi

Digitized by Google

ipsius mórbi consumptus es. Graves solent offensiones esse ex grávibus morbis, siqua culpa commissa est. Jam ad id biduum, quod fùeris in viâ, dum in Cumanum venis, accedent continuò ad rèditum dies quinque. Ego in Formiano ad III, Kalend. esse volo. Ibi te ut firmum offendam; mi Tiro, èffice. Littèrulæ meæ, sive nostræ, tui desiderio oblanguerunt; hâc tamen epistolâ, quam Acatus àttulit, óculos pâululùm sustulerunt. Pompejus erat apud me, cùm hæc scribebam: hilarè et libenter ei cupienti audire nostra dixi sine te omnia mea muta esse. Tu musis nostris para ut òperas reddas. Nostra ad diem dictam fient. Docui enim te, fides *étymon* quod haberet. Fac plané ut valeas: nos ad summum. Vale XIV. Kal. Jan.

EPIST. XXIII.—LIB. IX.

M. T. C. Papirio Pœto S. D.

III.

Heri veni in Cumanum, cras ad te fortasse. Sed, cùm certum sciam, faciam te paulò ante certiorem. Etsi M. Ceparius cùm mihi in silva Gallinaria obviam venisset, quæsissemque, quid àgeres; dixit te in lecto esse quód ex pedibus laborares. Tuli scilicet molesté, ut debui; sed tamen constitui ad te venire, ut te viderem ec, et viserem, et cænarem etiam. Non enim àrbitror coquum etiam te arthrìticum habere Expecta ìgitur hóspitem, cùm mínimè edacem, tùm inimicum cænis sumtuosis. Vale.

Digitized by Google

EPIST. XII. - LIB. XI.

M. T. C. Bruto Imp. Cons. Des. S. D.

IV.

Tres uno die à te accepi epistolas: unam brevem, quam Flaco Volumnio dèderas; duas pleniores, quarum àlteram tabellarius T. Vibii áttulit, âlteram ad me misit Lupus. Ex tuis litteris, et ex Græceji oratione, non modò non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur. Non dùbito autem pro tuâ singulari prudentiâ, quin perspicias, si áliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia illa tua præclara in remp. mérita ad nihilum esse ventura. Ita enim Romam erat nunciatum, ita persuasum òmnibus, cum paucis inèrmibus, pertérritis metu, fracto ànimo, fugisse Antonium. Qui si ita se habet, ut, quemádmodum audiebam de Græcejo, confligi cum eo sine periculo non possit; non illə mihi, fugisse á Mùtina videtur, sed locum belli gerendi mutasse. Itaque, bòmines alii facti sunt, nonnulli etiam queruntur, quod persecuti non sitis; òpprimi potuisse, si celéritas adhìbita esset existimant. Omnino est hoc pòpuli, maximèque nostri, in eo pòttissimum abuti libertate, per quem eam consecutus sit. Sed tamen providendus est, ne qua justa querela esse possit. Res sic se habet: Is bellum confècerit, qui Antonium oppréssserit. Hoc quam habeat vim, te existimare malo, quàm me appertiùs scribere. Vale.

Digitized by Google

Biografías de Cornelio Nepote

Miltiades, Cimonis filius, Athenienses.—Cùm et antiquitate generis, et gloriâ majorum, et suâ modestiâ, unus omnium maximè floreret, eâque esset ætate, ut non jam solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent sui, talem futurum qualem cognitum judicarunt; accidit, ut Athenienses Chersonesum colonos vellent mittere. Cujus generis cùm magnus numerus esset, et multi ejus demigrationis peterent societatem; ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem, quo potissimum duce uterentur. Nam tunc Thraces eas, regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia præcepit *ut Miltiadem sibi Imperatorem sumerent; id si fecissent, incepta prospera futura.* Hoc oraculi responso, Miltiades cum delecta manu classe Chersonesum profectus, cum accessisset Lemnum, et incolas ejus insulæ sub potestatem redigere vellet Atheniensum, idque ut Lemnii suâ sponte facerent postulasset; illi irridentes responderunt, *tum id se*

Digitized by Google

facturos, cùm ille domo navibus proficiscens vento aquilone venisset Lemnum. Hic enim ventus á septentrionibus oriens, adversum tenet Athenis proficiscentibus. Miltiades, morandi tempus non habens, cursum direxit quô tendebat, pervenitque Chersonesum.

II.

Ibi brevi tempore barbarorum copiis disjectis, totâ regione, quam petierat, potitus, loca castellis idonea conmunivit; multitudinem, quam secum duxerat, in agris collocavit, crebrisque excursionibus locupletavit.

Neque minus in eâ re prudentiâ quàm felicitate adjutus est. Nam cùm virtute militum divicisset hostium exercitus, summâ æquitate res constituit, atque ipse ibidem manere decrevit. Erat enim inter eos dignitate regiâ, quamvis carebat nomine; neque id magis imperio, quàm justitiâ consecutus. Neque eo seciùs Atheniensibus, a quibus erat profectus, officia præstabat. Quibus rebus flebat, ut non minùs eorum voluntate perpetuò imperium obtineret, qui miserant, quàm illorum, cum quibus erat profectus. Chersoneso tali modo constitutâ. Lemnum revertitur, et ex pacto postulat, ut sibi urbem tradant. Illi enim dixerant: *cùm vento Borea domo profectus eó pervenisset, sese dedituros:* se autem domun Chersonesi habere. Cares, qui tum Lemnum incolebant, etsi præter opinionem res ceciderat, tamen non dicto, sed secundâ fortunâ adversariorum capti, resistere ausi non sunt, atque ex insulâ demigrarunt. Pari felicitate ceteras insulas, quæ Cyclades nominatur, sub Atheniensium redegit potestatem.

Digitized by Google

III.

Eisdem tempóribus Persarum rex Darius, ex Asiâ in Europam exercitu trajecto, Scythis bellum inferre decrevit: pontem fecit in Istro flúmine, quâ copias traduceret. Ejus pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes, quos secum ex Joniâ et Æolide duxerat: quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia. Sic enim putavit facillimè se Græcâ linguâ loquentes, qui Asiam incolerent, sub suâ retenturum potestate, si amicis suis oppida tuenda tradidisset, quibus, se oppreso, nulla spes salutis relinqueretur. In hoc fuit tunc numero Miltiades, cui illa custodia cre. deretur. Hîc, cùm crebri afferrent nuncii, malè rem gerere Darium, premique ab Scythis, Miltiades hortatus est pontis custodes *ne a fortuna datam occasionem liberandæ Græciæ dimitterent. Nam si cum his copiis, quas secum transportaverat, interiisset Darius; non solúm Europam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolerent, Græci genere, liberos á Persarum futuros dominatione et periculo. Id et facilé effici posse; ponte enim rescisso, regem vel hostium ferro, vel inopia paucis diebus interiturum.* Ad hoc consilium cum plerique accederent, Histiæus Milesius, ne res conficeretur, obstitit, dicens: *non idem ipsis, qui summas imperii tenerent, expedire, et multitudini; quód Darii regno ipsorum niteretur dominatio: quo extincto, ipsos potestate expulsos civibus suis pœnas daturos. Itaque adeó se abhorrere á ceterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius, quám confirmari regnum Persarnm.* Hujus cùm sententiam plurimi essent secuti; Miltiades non dubitans, tam multis consciis, ad regis aures consilia sua perventura, Chersonesum reliquit; ac rursus Athenas demigravit. Cujus ratio, etsi no valuit, tamen

Digitized by Google

magnopere est laudanda; cùm amicior omnium libertati, quám suæ fuerit dominationi.

IV.

Darius autem cùm ex Europâ in Asiam rediisset, hortantibus amicis, ut Græciam redigeret in suam potestatem, classem quingentarum navium comparavit, eique Datim præfecit et Artaphernem, hisque ducenta peditum millia et decem equitum dedit; causam interserens, *se hostem esse Atheniensibus, quòd eorum auxilio Jones Sardes expugnassent, suaque præsidia interfecissent.* Præfecti regii, classe ad Eubœam appulsâ, celeriter Eretriam ceperunt, omnesque ejus gentis cives abreptos in Asiam ad regem misserunt. Inde ad Atticam accesserunt, ac suas copias in campum Marathona deduxerunt. Is abest ab oppido circiter millia passuum decem. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo, tamque magno permoti, auxilium nusquam, nisi a Lacedæmoniis, petiverunt: Philippidemque cursorem ejus generis, qui hemerodromi vocantur, Lacedæmonem miserunt, ut nunciaret, quàm celeri opus esset auxilio. Domi autem creati decem prætores, qui exercitui præessent: in eis Miltiades, inter quos magna fuit contentio, utrum mœnibus se defenderent, an obviam irent hostibus, acieque decernerent. Unus Miltiades maximè nitebatur, *ut primo quoque tempore castra fierent. Id si factum esset, et civibus animum accessurum, cum viderent de eorum virtute non desperari; et hostes eadem re fore tardiores, si animadverterent, auderi adversus se tam exiguis copiis dimicare.*

Digitized by Google

V.

Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit præter. Platœnsium: ea mille misit militum. Itaque horum adventu decem millia armatorum completa sunt. quæ manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate. Quo factum est, ut plus, quám collegæ, Miltiades valuerit. Ejus enim auctoritate impulsi, Athenienses copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo castra fecerunt. Deinde postero die sub montis radicibus acie e regione instructâ, novâ arte, vi summâ prælium commiserunt. Namque arbores multis locis erant raræ hoc consilio, ut et montium tegerentur altitudine, et arborum tractu equitatus hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis, etsi non locum æquum videbat suis; tamen, fretus número copiarum suarum, confligere cupiebat, eoque magis, quòd priusquam Lacedæmonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit, prœliumque commisit. In quo tanto plùs virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum hostium profligarent; adeòque perterruerunt, ut Persæ non castra, sed naves peterent. Quâ pugnâ nihil adhuc est nobilius. Nula enim unquam tam exigua manus tantas opes prosttravit.

VI.

Quâ victoria non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tributum, docere; quo faciliùs inteligi possit, eamdem omnium civitatum esse naturam. Ut populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque causam gloriosi, nunc autem effussi atque obsoleti, sic olim apud Athenienses fuisse reperimus.

Digitized by Google

Namque huic Miltiadi, qui Athenas, totamque Græciam liberavit, talis honos tributus est in porticu, quæ Pœcile vocatur, cùm pugna depingeretur Marathonia, ut in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur isque hortaretur milites, prælium que committeret. Idem ille populus posteaquam majus imperium est nactus, et largitione magistratuum corruptus est, trecentas statuas Demetrio Phalereo decrevit.

VII.

Post hoc prælium classem septuaginta navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt, ut insulas, quæ barbaros adjuverant, bello persequeretur. Quo imperio plerasque ad officium redire coëgit, nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum insulam opibus elatam, cùm oratione reconciliare non posset; copias è navibus eduxit, urbem operibus clausit, omnique commeatu privavit; deinde vineis ac testudinibus constitutis, propiùs muros accessit. Cùm jam in eo eset, ut oppido potiretur; procul in continenti lucus, qui ex insulâ conspiciebatur nescio qno casu, nocturno tempore incesus ets; cujus flamma ut ab oppidanis et, oppugnatoribus est visa, utrisque venit in opinionem, signum á classiariis regiis datum. Quo factum est, ut et Parii á deditione deterrerentur, et Miltiades, timens ne clasis regia adventaret, incensis operibus, quæ statuerat, cum totidem navibus, atque erat profectus, Athenas magnâ cum offensione civium suorum rediret. Accusatus ergo proditionis, quod cùm Parum expugnare posset, á Rege corruptus, infectis rebus á pugnâ discessisset. Eo tempore æger erat vulneribus, quæ in oppugnando oppido acceperat. Itaque quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater ejus Tisagoras. Causâ cognitâ, capitis absolutus, pecuniâ multatus est, eaque lis quinqua-

Digitized by Google

ginta talèntis æstimata est, quantus in classem sumptus erat. Hanc pecuniam quód solvere non poterat, in vincula publica conjectues est, ibique diem obiit supremum.

VIII.

Hic etsi crimine Pario est accusatus, tamen alia fuit causa damnationis. Namque Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, quæ paucis annis ante fuerat, omnium suorum civium potentam extimescebant. Miltiades multùm in imperiis magistratibusque versatus, non videbatur posse esse privatus; præsertim cúm consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur. Nam Chersonesi omnes illos, quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem, tyrannusque fuerat apellatus, sed justus; non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinuerat, Omnes autem et habentur et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetuâ in eâ civitate, quæ libèrtate usa est. Sed in Miltiade erat cùm summa humanitas, tùm mira comitas, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes civitates, nobile nomen, laus rei militaris máxima. Hæc populus respiciens, maluit eum innoxium plecti, quám se diutius esse in timore.



Digitized by Google

Themistocles.

I.

Themistocles, Neocli filius, Atheniensis.—Hujus vitia ineuntis adolescentiæ magnis sunt emendata virtutibus, adeò ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio est ordiendum. Pater ejus Neoclus generosus fuit. Is uxorem Halicarnassiam civem duxit, ex quâ natus est Tehmistocles: qui cùm minùs esset probatus parentibus quòd et liberiùs vivebat, et rem familiarem negligebat, à patre exhæredatus est. Quæ contumelia non fregit eum, sed erexit. Nan cùm judicasset, sine summâ industriâ non posse eam extingui; totum se dedidit reipublicæ, diligentiùs amicis famæque serviens. Multùm in judiciis privatis versabatur, sæpe in concionem populi prodibat, nulla res major sinè eo gerebatur, celeriterque quæ opus erant, reperiebat, facilè eadem oratione explicabat. Neque minùs in rebus gerendis promptus quàm excogitandis erat: quòd *et de instantibus* (ut ait Thucydides) *verissimè judicabat, et de futuris callidissimè conjiciebat.* Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur.

Digitized by Google

II.

Primus autem gradus fuit capessendæ reipublicæ bello Corcyræo: ad quod gerendum prætor á populo factus, non solùm præsenti bello, sed etiam reliquo tempore ferociorem reddidit civitatem. Nam cùm pecunia publica, quæ ex metallis redibat, largitione magistratuum quotannis interiret; ille persuatit populo, ut eâ pecuniâ clasis centum navium ædificaretur. Quâ celeriter effectâ, primùm Corcyræos fregit: deinde, maritimos prædones consectando, mare tutum reddidit. In quo cùm divitiis ornavit, tùm peritissimos belli navalis fecit Athenienses. Id quantæ saluti fuerit universæ Græciæ, bello coguitum est Persico. Nam cùm Xerxes et mari et terrâ bellum universæ inferret Europæ, cum tantis eam copiis invasit, quantas neque antea, neque postea habuit quisquam. Hujus enim clasis mille et ducentarum navium logarum fuit, quam duo millia onerariarium sequebantur; terrestres autem exercitus septingentorum millium peditum, equitum quadrigentorum millium fuerunt. Cujus de adventu cùm fama in Græciam esset perlata, et maximè Athenienses peti dicerentur propter pugnam Marathoniam; miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberántibus Pythia respondit, *ut mænibus ligneis se munirent.* Id responsum quò valeret, cùm intelligeret nemo, Themistocles persuasit *consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent, eum enim á Deo significari murum ligneum.* Tali consilio probato, addunt ad superiores totidem naves triremes; suaque omnia, quæ moveri poterant, partim Salaminem, partim Trœzenem asportant; arcem sacerdotibus, paucisque majoribus natu, ac sacra procuranda tradunt: reliquum oppidum relinquunt.

Digitized by Google

III.

Hujus consilium plerisque civitatibus displicebat, et in terrâ dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonida Lacedæmoniorum rege, qui Termopylas occuparent, longiùsque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostium non sustinuerunt eoque loco omnes interierunt. At classis communis Græciæ trecentarum navium, in qua ducentæ erant Atheniensium, primùm apud Arthemisium inter Eubœam continentemque terram cum classiariis regiis conflixit. Angustias enim Themistocles quærebat, ne multitudine circumiretur. Hinc etsi pari prælio discesserant tamen eodem loco non sunt ausi manere, quòd erat periculum, ne, si pars navium adversariorum Eubœam superasset, ancipiti premerentur periculo. Quo factum est, ut ab Artemisio discederent, et ex adversum Athenas apud Salamina, classem suam constituerent.

IV.

At Xerxes, Termopylis expugnatis, protinus accessit Astu; idque nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus quos in arce invenerat, incendio delevit. Cujus famâ pertérriti classiarii, cùm manere non auderent, et plùrimi hortarentur, *ut domos suas quisque discederent, mœnibusque se defenderent;* Themistocles unus restitit, et *universos esse pares* ajebat, *dispersos* testabatur *perituros*, idque Eurybiade, regi Lacedæmoniorum, qui tum summæ imperii præerat, fore affirmabat. Quem cùm minùs, quàm vellet, moveret; noctu de servis suis, quem habuit fidelissimum ad regem missit, ut ei nunciaret suis verbis: *adversarios ejus in fuga esse, qui si discessissent majore cum labore et longin*

Digitized by Google

quiore tempore bellum confecturum, cùm singulos consectari cogeretur: quos si statim aggrederetur, brevi universos oppressurum. Hoc eò valebat, ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur. Hâc re auditâ, barbarus nihil doli subesse credens, postridie alienissimo sibi loco, contra opportunissimo hostibus, adeò angusto mari conflixit, ut ejus multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo est magis consilio Themistoclis, quàm armis Græciæ.

V.

Hîc barbarus etsi malè rem gesserat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere posset hostes. Interim tamen ab eodem gradu depulsus est. Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret, certiorem eum fecit, *id agi, ut pons quem ille in Hellesponto fecerat, disolveretur, ac reditu in Asiam excluderetur:* idque ei persuasit. Itaque, quâ sex mensibus iter fecerat, eâdem minus diebus triginta in Asiam reversus est, seque á Themistocle non superatum, sed conservatum judicavit. Sic unius viri prudentiâ Græcia liberata est, Europæque succubuit Assia. Hæc altera victoria, quæ cum Marathonio possit comparari tropheo. Nam pari modo apud Salamina parvo numero navium maxima post hominum memoriam classis est devicta.

VI.

Magnus hoc bello Themistocles fuit, nec minor in pace, Cùm enim Phalereo portu neque magno neque bono Athenienses uterentur, hujus consilio triplex piræei portus constitutus est, isque moenibus circumdatus, ut ipsam urbem dignitate æquipararet, utilitate superaret. Idemque muros Atheniensium restituit præcipuo periculo suo. Namque Lacedæmonii caussam idoneam nacti

Digitized by Google

propter barbarorum excursiones, quâ *negarent oportere extra Peloponesum ullam urbem haberi, ne essent loca munita, quæ hostes possiderent,* Athenienses ædificates prohibere sunt conati. Hoc longè alió spectabat atque videri volebant. Athenienses enim duabus victoriis, Marathoniâ, et Salaminiâ tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut intelligerent Lacedæmonii de principatu sibi cum his certamen fore: quare eos quâm infirmissimos esse volebant. Postquam autem audierunt muros instrui, legatos Athenas miserunt, qui id fieri vetarent His præsentibus, desierunt, ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc legationem suscepit Themistocles, et solus primò profectus est: *reliqui legati ut tum exirent, cùm satis altitudo muri exstrueta videretur,* præcepit: *interim omnes servi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, sive sacer esset, sive profanus, sive privatus, sive publicus; et undique, quod idoneum ad muniendum putarent, congererent.* Quo factum est, ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque constarent.

VII.

Themistocles autem, ut Lacedæmonen venit, adire ad magistratus noluit; et dedit operam, ut quâm longissime tempus duceret, causam interponens, se collegas exspectare. Cùm Lacedæmonii quererentur, opus nihilominùs fieri, eumque eâ re conari fallere, interim reliqui legati sunt consecuti: á quibus cùm audisset, non multum superesse munitionis, ad Ephoros Lacedæmoniorum accessit, pones quos summum imperium erat, atque apud eos contendit, *falsa his esse delata; quare æquum esse, illos viros bonos nobilesque mittere, quibus fides haberetur, qui rem explo-*

Digitized by Google

rerant, interea se obsidem retinerent. Gestus est ei mos, tresque legati functi summis honoribus, Athenas missi sunt. Cum his collegas suos Themistocles jussit, proficisci, eisque prædixit, *ut ne priùs Lacedæmoniorum legatos dimitterent, quàm ipse esset remissus.* Hos postquam Athenas pervenisse ratus est, ad magistratum senatumque Lacedæmoniorum adiit, et apud eos liberrimé professus est, *Athenienses suo consilio quod communi jure gentium facere possent, deos publicos suosque patrios ac penates, quo faciliùs ab hoste possent defendere, muris sepsisse, neque eo, quod inutile esset Græciæ, fecissent, Nam illorum urbem ut propugnaculum oppositam esse barbaris, apud quam jam bis classis regia fecisset naufragium. Lacedæmonios autem malé et injustè facere, qui id potiùs intuerentur, quod ipsorum dominationi, quàm quod universæ Græciæ utile esset. Quare, si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se remitterent; aliter illos nunquam in patriam essent recepturi.*

VIII.

Tamen non effugit civium suorum invidiam; namque ob eumdem timorem, quo damnatus erat Miltiades, testularum suffragiis è civitate ejectus, Argos habitatum concessit. Hic cùm proter multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret, Lacedæmonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, *quod societatem cum rege Persarum ad Græcciam opprimendam fecisset.* Hoc crimine absens proditionis est damnatus. Id ut audivit, quòd non satis tutum se Argis videbat, Corcyram demigravit. Ibi cùm ejus principes civitatis animadvertisset timere, ne proter se bellum his Lacedæmonii et Athenienses indicerent; ad Adme-

Digitized by Google

tum Molossorum regem, cum quo ei hospitium fuerat, confugit. Huc cùm venisset, et in præsentiâ rex abesset, quó majore religione se receptum tueretur, filiam ejus parvulam arripuit, et cum eâ se in sacrarium, quod summâ colebatur ceremoniâ, conjecit. Inde non priùs egressus est, quàm rex eum datâ dextrâ in fidem reciperet, quam præstitit. Nam cùm ab Atheniensibus et Lacedæmoniis exposceretur publicé, supplicem non prodidit; monuitque, *ut consuleret sibi: difficile enim esse in tam propinquo loco tutò eum versari.* Itaque Pydnam eum deduci jussit, et quod satis esset præsidii dedit. Hâc re auditâ, hic in navem omnibus ignotus ascendit: quæ cùm tempestate maxima Naxum ferretur, ubi tum Atheniensium erat exercitus; sensit Themistocles, si eó pervenisset, sibi esse pereundum. Hac necesitàte coactus, domino navis quis sit aperit, multa pollicens, si se conservasset, At ille, clarissimi viri captus misericordiâ, diem noctemque procul ab insulá in salo navem tenuit in anchoris, neque quemquam ex eâ exire pasus est. Inde Ephesum pervenit, ibique Themistoclem exponit: cui ille pro meritis gratiam postea retulit.

IX.

Scio plorosque ita scripsisse, Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transiisse. Sed ego potissimum Thucydidi credo, quod ætate proximus erat, qui illorum temporum historiam reliquerunt, et ejusdem civitatis fuit. Is autem ait ad Artaxerxem eum venisse, atque his verbis epistolam missise: *Temistocles veni ad te, qui plurima mala omnium Grajorum in domum tuam intuli, cùm mihi necesse fuit, adversus patrem tuum bellare, patriamque meam defendere. Idem multo plura bona feci, posquam in tuto ipse ego, et ille in*

Digitized by Google

periculo esse cæpit. Nam cùm in Asiam reverti nollet, prælio apud Salamina facto, litteris eum certiorem feci, id agi, ut pons, quem im Hellesponto fecerat, dissolveretur, atque ab hostibus circumiretur: quo nuncio ille periculo est liberatus. Nunc autem ad te confugi exagitatus à cunta Græcia, tuam petens amicitiam: quam si ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus est. Ea autem rogo, ut de iis rebus, de quibus tecum loqui volo, annum mihi temporis des, eoque transacto, me ad te venire patiaris.

X.

Hujus rex animi magnitudinem admirans, cupiensque talem virum sibi conciliari, veniam dedit. Ille omne illud tempus literis sermonique Persarum dedit, quibus adeó eruditus est, ut multo commodiùs dicatur apud regem verba fecisse, quàm hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic cùm multa regi esset pollicitus, gratissimumque illud, *si suis uti consiliis vellet, illum Græciam bello oppressurum,* magnis numéribus ab Artaxerxe donatus in Asiam rediit, domiciliumque Magnesiæ sibi constituit. Namque hanc urbem ei rex donarat, his usus verbis: *quæ ei panem præberet:* ex quâ regione qiunquaginta ei talenta quotannis redibant: Lampsacum, *unde vinum sumeret:* Myuntem, *ex quà obsonium haberet.* Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo: sepulcrum prope oppidum, in quo est sepultus; statuæ in foro Magnesiæ. De cujus morte multimodis, apud plerosque scriptum est: sed nos eumdem potissimùm Thucydidem auctorem probamus, qui *illum* ait *Magnesiæ morbo mortuum,* neque negat, *fuisse famam, venenum suà sponte sumsisse, cùm se, quæ regi de Græcià opprimendà polli-*

Digitized by Google

citus esset, præstare posse desperaret. Idem, *ossa ejus clam in Atticà ab amicis esse sepulta, quoniam legibus non concederetur, quod proditionis esset damnatus,* memoriæ prodidit.

Julio César.

I.

Cognitâ militum voluntate, Ariminum cum eâ legione proficiscitur, ibique tribunos plebis, qui ad eum confugerant, convenit: reliquas legiones ex hibernis evocat, et subsequi jubet. Eò L. Cæsar adolescens venit, cujus pater Cæsaris erat legatus. Is, reliquo sermone confecto, cujus rei causâ venerat, habere se á Pompejo ad eum privati officii mandata demonstrat: «Velle Pompejum se Cæsari purgatum, ne ea. quæ reipublicæ causâ egerit, in suam contumeliam vertat: semper se reipublicæ commoda privatis necessitatibus habuisse potiora: Cæsarem quoque pro suâ dignitate debere et studium et iracundiam suam reipublicæ dimittere, neque adeò graviter irasci inimicis, ne cùm illis nocere se speret, reipublicæ noceat.» Pauca ejusdem generis addit cum excusatione Pompeji conjuncta. Eadem fere, atque iisdem de rebus prætor Roscius agit cum Cæsare, sibique Pompejum commemorasse demonstrat. Quæ res etsi nihil ad levandas injurias pertinere vide-

Digitized by Google

bantur; tamen idoneos nactus homines, per quos ea, quæ vellet, ad eum perferrentur; petit ab utroque, quoniam Pompeji mandata ad se detulerint, ne graventur sua quoque ad eum postulata deferre, si parvo labore magnas controversias tollere, atque omnem Italiam metu liberare possent: «Sibi semper reipublicæ primam fuisse dignitatem vitâque potiorem: doluisse se, quod populi Rom. beneficium sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur, cujus absentis rationem haberi proximis comitiis populus jussisset: tamen hanc honoris jacturam sui, reipublicæ causâ æquo animo tulisse: cùm litteras ad senatum miserit, ut omnes ab exercitibus discederent, ne id quidem impetravisse: totâ Italiâ delectus baberi, retineri legiones duas, quæ ab se simulatione Parthici belli sint abductæ: civitatem esse in armis. Quònam hæc omnia nisi ad suam perniciem pertinere? Sed tamen ad omnia se descendere paratum, atque omnia pati reipublicæ causà. Proficiscatur Pompejus in suas provincias: ipsi exercitus dimittant; discedant in Italiâ omnes ab armis: metus é civitate tollatur: libera comitia, atque omnis respublica senatui populoque Romano permittatur.» Hæc quò faciliùs certisque conditionibus fiant, et jurejurando sanciantur; aut ipse propiùs accedat, aut se patiatur accedere. Fore, uti per colloquia omnes controversiæ componantur.

II.

Aceptis mandatis, Roscius cum L. Cæsare Capuam pervenit, ibique consules Pompejumque invenit. Postulata Cæsaris renuntiat. Illi, re deliberatâ, respondent, scriptaque ad eum mandata per eos remittunt, quorum hæc erat summa: «Cæsar in Galliam reverteretur. Arimino excederet, exercitus dimitteret. Quæ si fecisset,

Digitized by Google

Pompejum in Hispanias iturum. Interea quoad fides esset data, Cæsarem facturum, quæ polliceretur, non intermissuros consules Pompejumque delectus. Erat iniqua conditio, postulare ut Cæsar Arimino excederet, atque in provinciam reverteretur; ipsum et provincias et legiones alienas tenere: exercitum Cæsaris velle dimitti: delectus habere: polliceri, se in provinciam iturum: neque ante quem diem iturus sit, definire: ut, si, peracto Cæsaris consulatu, Pompejus profectus non esset, nullâ tamen mendacii religione obstrictus videretur. Tempus verò colloquio non dare neque accesurum polliceri, magnam pacis desperationem afferebat. Itaque ab Arimino M. Antonium cum cohortibus quinque Arretium mittit: ipse Arimini cum duabus legionibus subsistit, ibique delectum habere instituit. Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus ocupat. Interea certior factus, Iguvium Thermum prætorem cohortibus quinque tenere, oppidum munire, omniumque esse Iguvinorum optimam erga se voluntatem; Curionem cum tribus cohortibus, quas Pisauri et Arimini habebat, mittit. Cujus adventu cognito, diffisus municipii voluntati Termus, cohortes ex urbe educit et profugit: milites in itinere ab eo discedunt, ac domum revertuntur. Curio, omnium summâ voluntate, Iguvium recipit. Quibus rebus cognitis, confisus municipiorum voluntátibus Cæsar, cohortes legionis tertiæ decimæ ex prœsidiis deducit, Auximunque proficiscitur; quod oppidum Actius cohortibus introductis tenebat, delectumque toto Piceno, circummissis senatoribus habebat. Adventu Cæsaris cognito, decuriones Auximi ad Actium Varum frequentes conveniunt: docent «sui judicii rem non esse, neque reliquos municipes pati posse, C. Cæsarem imperatorem bene de Republicâ meritum, tantis rebus gestis, oppido mænibusque prohiberi: proinde habeat rationem posterita-

Digitized by Google

tis et periculi sui.» Quorum oratione permotus Actius Varus, præsidium, quod introduxerat, ex oppido educit, et profugit. Hunc ex primo ordine pauci Cæsaris consecuti milites, consistere cogunt; commissoque prælio, deseritur á suis Varus: nonnulla pars militum domum discedit: reliqui ad Cæsarem perveniunt: atque uná cum iis deprehensus L. Pupius primipili centurio adducitur, qui hunc eumdem ordinem in exercitu Cn. Pompeji ante duxerat. At Cæsar milites Actianos collaudat, Pupium dimittit, Auximatibus agit gratias, seque eorum facti memorem fore pollicetur.

III.

Quibus rebus Romam nunciatis, tantus repentè terror invasit, ut cum Lentulus consul ad aperiendum ærarium venisset, ad pecuniam Pompejo ex senatusconsulto proferendam, protinus aperto santiore ærario, ex urbe profugeret. Cæsar enim adventare, jam jamque et adesse ejus equites falsò nunciabantur. Hunc Marcellus collega et plerique magistratus consecuti sunt. Cn. Pompejus pridie ejus diei ex urbe profectus, iter ad legiones habebat, quas á Cæsare acceptas in Ampuliâ hibernorum causâ disposuerat. Delectus intra urbem intermittuntur. Nihil citra Capuam tutum esse omnibus videtur. Capuæ primùm sese confirmant et colligunt, delectumque colonorum, qui lege Juliâ Capuam deducti erant, habere instituunt; gladiatoresque, quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos, Lentulus libertate confirmat, atque iis equos attribuit, et se sequi jussit; quos postea monitus á suis, quod ea res omnium judicio reprendebatur, circùm familiares conventus Campaniæ, custodiæ causâ, distribuit. Auximo Cæsar progressus, omnem agrum Picenum percurrit. Cunctæ earum regionum præfecturæ

Digitized by Google

libentissimis animis eum recipiunt, exercitumque ejus omnibus rebus juvant. Etiam Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat, suâque pecuniâ exædificaverat, ad eum legati veniunt; quæque imperaverit, sese cupidissimè facturos policentur. Milites imperat; mittunt. Interea legio duodecima Cæsarem consequitur; cum his duabus Asculum Picenum proficiscitur. Id oppidum Lentulus Sphinther decem cohortibus tenebat: qui, Cæsaris adventu cognito, profugit ex oppido, cohortesque secum abducere conatus, á magnâ parte militum deseritur. Relictus in itinere cum paucis, incidit in Vibullium Rufum, missum â Pompejo in agrum Picenum, confirmandorum hominum causâ. A quo factus Vibullius certior, quæ res in Piceno gererentur, milites ab eo accipit, ipsum dimittit. Item ex finitimis regionibus, quas potest, contrahit cohortes ex delectibus Pompejanis. In iis Camerino fugientem Ulcillem Hirrum, cum sex cohortibus, quas ibi in præsidio habuerat, excipit. Quibus coactis, tredecim efficit. Cum iis ad Domitium Ahenobarbum Corfinium magnis itineribus pervenit, Cæsaremque adesse cum legionibus duabus nunciat. Domitius per se circiter viginti cohortes ex Alba, ex Marsis, et Pelignis, et finitimis ab regionibus coëgerat. Recepto Asculo, expulsoque Lentulo, Cæsar conquiri milites, qui ab eo discesserant delectumque institui jubet. Ipse unum diem ibi rei frumentariæ causâ moratus Corfinium contendit. Eò cùm venisset, cohortes quinque præmissæ á Domitio ex oppido pontem fluminis interrumpebant, qui erat ab oppido millia pasuum circiter tria. Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso, celeriter Domiciani á ponte repulsi, se in oppidum receperunt. Cæsar legionibus transductis ad oppidum constitit, juxtaque murum castra posuit. Re cognitâ, Domitius ad Pompejum in Apuliam peritos regionum magno proposito præ-

Digitized by Google

mio cum litteris mittit; qui petant atque orent, ut sibi subveniat: «Cæsarem duobus exercitibus et locorum angustiis facilé intercludi posse, frumentoque prohiberi. Quod nisi fecerit, se cohortesque amplius triginta magnumque numerum senatorum atque equitum Românorum in periculum esse venturum.» Interim suos cohortatus, tormenta in muris disponit, certasque cuique partes ad custodiam urbis attribuit; militibus in contione agros ex suis possessionibus pollicetur, quaterna in singulos jugera, et pro ratâ parte centurionibus, evocatisque.

IV.

Interim Cæsari nunciatur Sulmonenses (quod oppidum á Corfinio septem millium intervallo abest) cupere ea facere, quæ vellet: sed á Q. Lucretio senatore et Actio Peligno prohiberi, qui id oppidum septem cohortium præsidio tenebant. Mittit eô M. Antonium cum legionis septimæ cohortibus quinque. Sulmonenses, simul atque nostra signa viderunt, portas aperuerunt, universique et oppidani et milites obviam gratulantes Antonio exierunt. Lucretius et Actius de muro se dejecerunt, Actius ad Antonium deductus petit, ut ad Cæsarem mitteretur. Antonius cum cohertibus et Actio eodem die, quo profectus erant, revertitur. Cæsar eas cohortes cum exercitu suo conjunxit, Actiumque incolumen dimisit. Cæsar tribus primis diebus castra magnis operibus munire, et ex finitimis municipiis frumentum comportare, reliquasque copias expectare instituit. Eo triduo legio octava ad eum venit, cohertesque ex novis Galliæ delectibus viginti duo, equitesque á rege Norico circiter tercenti, quorum adventu altera castra ad alteram opppidi partem ponit. Iis castris Curionem præfecit. Reliquis diebus oppidum vallo cas-

Digitized by Google

tellisque circumvenire instituit: cujus operis maximâ parte effecta, eodem ferè tempore missi ad Pompejum revertuntur. Litteris perlectis, Domitius dissimulans in consilio pronunciat; Pompejum celeriter subsidio venturum; hortaturque eos, ne animo deficiant; quæque usui ad defendendum oppidum sint, parent. Ipse arcanó cum paucis familiaribus suis colloquitur, consiliumque fugæ capere constituit. Cùm vultus Domitii cum oratione non consentiret, atque omnia trepidantiùs timidiùsque ageret, quàm superioribus diebus consuesset, multumque cum suis consiliandi causâ secretò præter consuetudinem colloqueretur, concilia conventusque hominum fugeret, res diutiùs tegi dissimularique non potuit. Pompejus enim rescripserati «sese rem in summum periculum deducturum non esse; neque suo consilio aut voluntate Domitium se in oppidum Corfinium contulisse. Proinde, si qua facultas fuisset, ad se cum omnibus copiis veniret. «Id ne fier, posset, obsidione atque oppidi circummunitione fiebat.

V.

Divulgato Domitii consilio, milites, qui erant Corfinii, primâ vesperâ secessionem faciunt, atque itia inter se per tribunos militum centurionesque atque honestissimos sui generis colloquuntur: «obsideri se á Cæsare; opera munitionesque prope esse perfectas, ducem suum Domitium, cujus spe atque fiduciâ permanserint, projectis omnibus, fugæ consilium capere; debere se suæ salutis rationem habere.» Ab iis primò Marsi dissentire incipiunt, eamque oppidi partem, quæ munitissima videretur, occupant; tantaque inter eos disensio exstitit, ut manum conserere atque armis dimicare conarentur. Post paulò tamen, internunciis ultró citroque missis, quæ ignorabant, de L. Domitii fugâ cognoscunt. Itaque omnes uno consilio Domitium produc-

Digitized by Google

tum in publicum circumsistunt et custodiunt, legatosque ex suo numero ad Cæsarem mittunt: «sese paratos esse portas aperire, quæque imperaverit, facere, et L. Domitium vivum in ejus potestatem tradere.» Quibus rebus cognitis, Cæsar, etsi magni interesse arbitrabatur quamprimum oppido potiri cohortesque ad se in castra transducere, ne qua aut largitionibus, aut animi confirmatione, aut falsis nunciis, commutatio fieret voluntatis, quòd sæpe in bello parvis momentis magni casus intercederent; tamen veritus ne militum introitu et nocturni temporis licentiâ oppidum diriperetur, eos, qui venerant, collaudat, atque in oppidum dimittit: portas murosque asservari jubet. Ipse iis operibus, quæ facere instituerat, milites disponit, non certis spatiis intermissis, ut erat superiorum dierun consuetudo, sed perpetuis vigiliis, stationibusque, ut contingant inter se, atque omnen munitionem expleant: tribunos militum et praêfectos circummittit, atque hortatur, non solum ab eruptionibus caveant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus asservent. Neque verò tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui eâ nocte conquieverit. Tanta erat summa rerum exspectatio, ut allius in aliam partem mente atque animo traheretur, quid ipsis Corfiniensibus quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret, qui quosque eventus exciperet.

VI.

Quartâ virgiliâ circiter Lentulus Spinther de muro cum vigiliis custodibusque nostris colloquitur: «velle, si sibi fiat potestas, Cæsarem convenire.» Factâ potesta te, ex oppido mittitur, neque ab eo priùs Domitiani milites discendunt, quâm in conspectum Cæsæris deducatur. Cum eo de salute suâ agit atque obsecrat,

Digitized by Google

sibi ut parcat veteremque, amicitiam commemorat, Cæsarisque in se beneficia exponit, quæ erant maxima, quòd per eum in collegium pontificum venerat; quod provinciam Hispaniam ex præturâ habuerat; quôd in petitione consulatus ab eo erat sublevatus: Cujus orationem Cæsar interpellat, «se non maleficii causâ ex provinciâ egressum; sed uti se á contumellis inimicorum defenderet; ut tribunos plebis, ea re ex civitate expulsos, in suam dignitatem restitueret; ut se et populum Romanum, paucorum factione opressum, in libertatem vindicaret.» Cujus oratione confirmatus Lentulus, ut in oppidum reverti liceat, petit; quod de suâ salute impetraverit, fore etiam reliquis ad suam spem solatio: adeó esse perterritos nonnullos, ut suæ vitæ duriús consulere cogantur. Facta potestate, discedit.

Digitized by Google

Salustio.

I.

Urbem Romam, sicut ego accepi, condidere atque habuere initio Trojani; qui, Æneâ duce profugi, sedibus incertis vagabantur, cumque his Aborigines, genus hominum agreste, sinè legibus, siné imperio, liberum atque solutum. Hi postquam in una mœnia conveneri, dispari genere dissimili lingua, alii alio more viventes, incredibile memoratu, quâm facilè coaluerint; sed postquam res eorum civibus, moribus, agris aucta, satis prospera satisque pollens videbatur, sicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta est. Igitur reges, populique finitimi bello tentare: pauci ex amicis auxilio esse; nam ceteri metu perculsi, longé á periculis aberant. At Romani domi militiæque intenti, festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obviám ire, libertatem, patriam, parentesque armis tegere. Post, ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant; magisque dandis, quâm accipiundis beneficiis amicitias parabant; imperium legiti-

Digitized by Google

mum, nomem imperii regium habebant; delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientiâ validum erat, reipub. consultabant: hi, vel ætate, vel curæ similitudine, Patres appellabantur. Post, urbi regium imperium, quod initio conservandæ libertatis, atque augendæ reipub. fuerat in superbiam, dominationemque convertit; immutato more, annua imperia, binosque imperatores sibi facere: eo modo minimé posse putabant per licentiam insolescere animum humanum.

II.

Sed eâ tempestate cœpere se quisque magis extollere, magisque ingenium in promptu habere: nam regibus boni, quám mali suspectiores sunt: semperque his aliena virtus formidolosa est. Sed civitas, incredibile memoratu est, adeptâ libertate, quantum brevi creverit. Tanta cupido gloriæ incesserat. Jam primùm juventus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu millitiam discebat: magisque in decoris armis, et militaribus equis, quám in scortis, atque conviviis lubidinem habebat. Igitur talibus viris non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus: virtus omnia domuerat: sed gloriæ maximum certamen inter ipsos erat. Se quisque hostem ferire, murum ascendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat: eas divitias, eam bonam famam, magnamque nobilitatem putabant; laudis avidi, pecuniæ liberales erant; gloriam ingentem, divitias honestas volebant. Memorare possem, quibus in locis maxumas hostium copias populus Rom. parvâ manu fuderit, quas urbes naturâ munitas pugnando receperit, ni ea res longiùs nos ab incœpto traheret.

III.

Sed profectò fortuna in omni re dominatur; ea res cunctas ex lubidine magis, quám ex vero, celebrat

Digitized by Google

obscuratque. Atheniensium res gestæ, sicuti ego existumo, satis amplæ, magnificæque fuere, verùm aliquanto minores tamen, quâm famâ feruntur: sed, quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maxumis celebrantur: ita eorum, qui ea fecere, virtus tanta habetur, quantum verbis ea potuere extollere præclara ingenia. At populo Romano nunquam ea copia fuit: quia prudentissimus quisque negotiosus maxumé erat, ingenium nemo sine corpore exercebat: optumus quisque facere, quam dicere sua ab aliis benefacta laudari, quám ipse aliorum narrare, malebat.

IV.

Igitur domi militiæque boni mores colebantur: concordia maxuma, minuma avaritia erat; jus bonumque apud eos no legibus magis, quám naturâ valebat; jurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant: cives cum civibus de virtute certabant: in supplicis deorum magnifici; domi parci, in amicos fideles erant: duabus his artibus, audaciâ in bello, ubi pax evenerat, æquitate, seque, remque publicam curabant. Quarum rerum ego maxuma documenta hæc habeo; quod in bello sæpius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant, quique tardiùs revocati prœlio excesserant, quàm qui signa relinquere, aut pulsi loco cedere ausi erant; in pace veró, beneficiis magis, quàm metu, imperium agitabant; et acceptâ injuriâ, ignoscere, quám persiqui, malebant.

V.

Sed, ubi labore atque justitiâ resp. crevit, reges magni bello domiti; nationes feræ, et populi ingentes vi subacti; Carthago æmula imperii Romani, á stirpe

Digitized by Google

interiit; cuncta maria, terræque patebant: fortuna sævire ac miscere omnia cœpit: qui labores, pericula, dubias atque asperas res facilé toleraverant, iis otium, divitiæ optande aliis, oneri miseriæque fuere. Igitur primó pecuniæ, dein imperii cupido crevit: ea quasi materies omnium malorum fuere: namque avaritia fidem, probitatem ceterasque artes bonas subvertit; pro his superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere, edocuit: ambitio multos mortalis falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore, aliud in lingua proptum habere; amicitias, inimicitiasque non ex re, sed ex commodo æstumare; magisque vultum, quàm ingenium bonum habere; hæc primó paullatim crescere, interdum vindicari. Post, ubi contagio, quasi pestilentia, invasit, civitas inmutata, imperium ex justissumo atque optumo, crudele, intolerandumque factum.

VI.

Sed primó magis ambitio, quàm avaritia, animos hominum exercebat; quod tamen vitium propius virtutem erat: nam gloriam, honorem, imperium bonus, ignavus æquè sibi exoptant: sed ille verâ viâ nititur; huic quia bonæ artes desunt, dollis atque fallaciis contendit; avaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupivit; ea quasi venenis malis imbuta, corpus, animunque virilem effeminat; semper infinita, insatiabilis est; neque copiâ neque inopiâ minuitur. Sed, postquam L. Sulla, armis receptâ republicâ, bonis initiis malos eventus habuit; rapere omnes, trahere: domum alius, alius agros cupere: neque modum, neque modestiam victores habere; fœda, crudeliaque in cives facinora facere; huc accedebat, quod L. Sulla exercitum, quem in Asia ductaverat, quó sibi fidum faceret, contra morem majorum luxuriosè,

Digitized by Google

nimisque liberaliter habuerat; loca amœna, voluptaria facilé in otio ferocîs militum animos molliverant: ibi primùm insuevit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, vasa cælata mirari, ea privatim ac publicè rapere, delubra deorum spoliare, sacra, profanaque omnia polluere. Igitur ii mil tes, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere. Quippe secundæ res sapientium animos fatigant: ne illi, corruptis moribus, victoriæ temperarent.

VII.

Postquam divitiæ honori esse cœperunt, et eas gioria, imperium, potentia sequebatur: hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malevolentia duci cœpit. Igitur ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere; rapere, consumere: sua parvi pendere, aliena cupere; pudorem, amicitiam, pudicitiam, divina atque humana promiscua, nil pensi neque moderati habere. Operæ pretium est, cùm domos atque villas cognoveris in urbium modum exædificatas, visere templa deorum, quæ nostri majores religiosissumi mortales fecere; verùm illi delubra deorom pietate, domos suas gloriâ decorbant, neque victis quidquam, præter injuriæ licentiam eripiebant; ad hi contra ignavissumi homines, per summum, scelus, omnia ea sociis adimere, quæ fortissumi viri victores hostibus reliquerant: proinde quasi injuriam facere, id demum esset imperio uti.

VIII.

Jam primúm adolescens Catilina multa nefanda stupra fecerat cum virgine nobili, cum sacerdote Vestæ, et alia hujuscemodi contra jus, fasque: postremò, captus amore Aureliæ Orestillæ, cujus, præter formam,

Digitized by Google

nihil unquam bonus laudavit, quòd ea nubere illi dubitabat, timens privignum adultum ætate, pro certo creditur, necato filio, vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Quæ quidem res mihi in primis videtur causa fuisse facinoris maturandi: nanque animus impurus. Diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam vexabat. Igitur colos ei exsanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus incessus: prorsus in facie vultuque vecordia inerat.

IX.

Sed juventutem, quam, ut supra diximus, illexerat, multis modis mala facinora edocebat: ex illis testes, signatoresque falsos commodare; fidem, fortunas pericula vilia habere: post, ubi eorum famam atque pudorem attrîverat, majora alia imperabat: si causa peccandi in præsens minùs suppetebat, nihilominus insontes, sicuti sontes circumvenire, jugulare: scilicet, ne per otium torpescerent manus aut animus, gratuitò potiùs malus atque crudelis erat. His amicis, sociisque confisus Catilina, simul quòd æs alienum per omnis terras ingens erat; et quòd plerique Sullani milites, largiùs suo usi, rapinarum et victoriæ veteris memores, civile bellum exoptabant, opprimundæ reipub. consilium cepit. In Italia nullus exercitus: Cn. Pompejus in extremis terris bellum gerebat: ipsi consulatum petundi magna spes: senatus nihil sane intentus: tutæ, tranquillæque res omnes: sed ea prorsus opportuna Catilinæ.

X.

Igitur circiter Kalendas Junias, L. Cæsare et C. Figulo consulibus, primò singulos appellare, hortari alios,

Digitized by Google

alios tentare, opes suas, imparatam rempublicam, magna præmia conjurationis docere. Ubi satis explorata sunt, quæ voluit, in unum omnis convocat, quibus maxuma necessitudo, et plurimum audatiæ inerat. Eò convenere senatorii ordinis P. Lentulus Sura P. Autronius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. et Serv. Sullæ Servii filii, L. Varguntejus, Q. Annius, M. Porcius Lecca, L. Bestia, Q. Curius: præterea ex equestri ordine M. Fulvius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius: âd hoc multi ex coloniis et municipiis, domi nobiles: erant præterea complures paullò occultiùs consilii hujusce participes, quos magis dominationis spes hortabatur, quâm inopia, aut alia necesitudo. Ceterùm juventus pleraque, sed maxume nobilium, Catilinæ incœptis favebat: quibus in otio vel magnificè, vel molliter vivere copia erat, incerta pro certis, bellum quàm pacem malebant. Fuere item eâ tempestate, qui crederent M. Licinium Crassum non ignarum ejus consilli fuisse: quia Cneus Pompejus invisus ipsi, magnum exercitum ductabat; cujusvis opes voluisse contra illius potentiam crescere; simul confisum, si conjuratio valuisset, facilè apud illos principem se fore. Sed antea item conjuravere pauci, in quibus Catilina: de quo, quàm verissumè potero, dicam.

XI.

L. Tullo, M. Lepido coss. P. Autronius, et P. Sulla designati consules, legibus ambitùs interrogati pænas dederant: post paullo Catilina, pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere consulatum: quò intra legitimos dies profiteri niqueverit. Erat eodem tempore Cn. Piso, adolescens nobilis, summæ audaciæ, egens, factiosus: quem ad perturbandam rempublicam inopia atque mali mores stimulabant. Cum hoc Catilina et Au-

Digitized by Google

tronius, circiter nonas Decem. consilio communicato, parabant in Capitolio kalendis Januar, L. Cottam et L. Torquatum coss. interficere; ipsi, fascibus correptis, Pisonem cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mittere: eâ re cognitâ, rursus in nonas Februar, consilium cædis transtulerunt: jam tum non consulibus modò, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur: quòd ni Catilina maturasset pro curia signum sociis dare; eo die post conditam urbem Romam pessumum facinus patratum foret: quia nondum frequentes armati convenerant, ea res consilium diremit.

XII.

Postea Piso in citeriorem Hispaniam quæstor pro prætore missus est, adnitente Crasso; quod eum infestum Cn. Pompejo cognoverat: neque tamen senatus provinciam invitus dederat: quippe fœdum hominem â repbl. procul abesse volebat; simul quia boni complures præsidium in eo putabant, et jam tum potentia Cn. Pompeji formidolosa erat. Sed is Piso in provinciam, ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens, occisus est. Sunt qui ita dicant, imperia ejus injusta, superba, crudelia barbaros nequivisse pati; alii autem equites illos, Cn. Pompeji veteres fidosque clientes, voluntate ejus Pisonem adgressos: numquam Hispanos præterea tale facinus feccisse, sed imperia sæva multa antea perpessos: nos eam rem in medio relinquimus. De superiori conjuratione satis dictum.

XIII.

Catilina, ubi eos, quos paullò ante memoravi, convenisse videt; tametsi cum singulis multa sæpe egerat tamen, in rem fore credens universos appellare et

Digitized by Google

cohortari, in abditam partem ædium secesit; atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem hujuscemodi habuit.

«Ni virtus, fidesque vuestra satis spectata mihi »foret, nequidquam opportuna res cecidisset: spes »magna dominationis in manibus frustra fuisset: ne»que per ignaviam aut vana ingenia incerta pro certis »captarem: sed, quia multis et magnis tempestatibus »vos cognovi fortes, fidosque mihi, eò animus ausus »est maxumum atque pulcherrumum facinus incipere; »simul, quia vobis eadem, quæ mihi, bona, malaque »esse intellexi: nam, idem velle, atque idem nolle ea »demum firma amacitia est. Sed, ego quæ mente agi»tavi, omnes jam antea diversi audistis. Ceterùm mihi »in dies magis animus accenditur, cum considero, »quæ conditio vitæ futura sit; nisi nosmetipsos vindica»mus in libertatem: nam, postquam resp, in paucorum »potentium jus atque ditionem concessit, semper illis »reges, tetrarchæ vectigales esse; populi, nationes sti»pendia pendere: ceteri omnes, strenui, boni, nobiles, »atque ignobiles vulgus fuimus, sine gratia, sine aucto»ritate, his obnoxii, quibus, si resp. valeret, formidini »essemus: itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiæ »apud illos sunt, aut ubi illi volunt: nobis reliquerunt »pericula, repulsas, judicia, egestatem: quæ quousque »tandem patiemini, fortissumi viri? nonne emori per »virtutem præstat, quàm vitam miseram atque inho»nestam, ubi alienæ superbiæ ludibrio fueris, per dede»cus amittere? Verúm enimverò proh Deûm atque ho»minum fidem, victoria in manu nobis est: viget ætas, »animus valet: contra illis, annis atque divitiis omnia »consenuerunt: tantummodo incœpto opus est: cetera »res expediet: etenim quis mortalium, cui virile inge»nium est, tolerare potest, illis divitias superare, quas »profundant in extruendo mari et montibus coæquan-

Digitized by Google

»dis, nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse? »illos binas, aut ampliùs domos continuare; nobis la»rem familiarem nusquam ullum esse? cum tabulas, »signa toreumata emunt, nova diruunt, alia ædificant: »postremò omnibus modis pecuniam trahunt, vexant: »tamen summa lubidine divitias suas vincere nequeunt: »at nobis est domi inopia, foris æs alienum; mala res, »spes multò asperior: denique quid riliqui habemus »præter miseram animan? Quin igitur expergiscimini? »en illa, illa, quam sæpe optastis, libertas; præterea »divitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt: fortuna ea »omnia victoribus præmia posuit: res, tempus, peri»cula, egestas, belli spolia magnifica, magis quam »oratio mea, vos hortentur: vel imperatore, vel milite »me utemini: neque animus, neque corpus à vobis »aberit: hæc ipsa, ut spero, vobiscum unà consul »agam, nisi forte me animus fallit. et vos servire magis, »quàm imperare, parati estis.»

XIV.

Postquam accepere ea homines, quibus mala abunde omnia erant, sed neque res, neque spes bona ulla: tametsi illis quieta movere, magna merces videbatur; tamen postulari plerique, uti proponeret, quæ conditio belli foret; quæ armis præmia peterent, quid ubique opis aut spei haberent. Tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia, quæ bellum atque lubido, victorum fert: præterea esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauritania cum exercitu P. Sitium Nucerinum, consilii sui participes: petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore sperabat hominem et familiarem, et omnibus necessitudinibus circumventum: cum eo Consulem se initium agendi facturum. Ad

Digitized by Google

hoc maledictis increpabat omnis bonos: suoru munum-quemque nominans, laudare, admonere alium egestatis, alium cupidatis suæ, complures periculi aut ignominiæ; multos victoriæ Sullanæ, quibus ea præda fuerat. Posquam omnium animos alacris videt, cohortatus, ut petitionem suam curæ haberent, conventum dimisit.

XV.

Fuere ea tempestate, qui dicerent, Catilinam, oratione habitâ cùm ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse; inde, cùm post execrationem omnes degustavissent, sicuti in solemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum; atque eó dictitare fecisse, quô inter se magis fidi forent, alius alii tanti facinoris conscii: nonulli ficta et hæc, et multa præterea existumabant ab iis, qui Ciceronis invidiam, quæ postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui pœnas dederant: nobis ea res pro magnitudine parum comperta est.

XVI.

Sed in ea conjuratione fuit Q, Curius natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus: quem censores senatu probri gratiâ moverant: huic homini non minor vanitas inerat, quâm audacia: neqne reticere, quæ audierat, neque suamet ipse scelera occultare: prorsus neque dicere, neque facere, quidquam pensi habebat: erat ei cum Fulvia, muliere nobili*** vetus consuetudo: cui cùm minús gratus esset, quód inopiâ minus largiri poterat, repentè glorians, maria montisque polliceri cœpit, minari interdum ferro, ni

Digitized by Google

sibi obnoxia foret: postremó ferociùs agitare, quám solitus erat. At Fulvia, insolentiæ Curii causâ cognitâ, tale periculum reipubl. haud occultum habuit; sed sublato auctore, de Catilinæ conjuratione, quæ quo modo audierat, compluribus narravit. Ea res in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni: namque antea pleraque nobilitas invidiâ æstuabat, et quasi pollui consulatum credebat, si eum, quamvis agregius, homo novus adeptus foret: sed, ubi periculum advenit, invidia atque superbia postfuere.

XVII.

Igitur, comitiis habitis, consules declarantur M. Tullius, et C. Antonius: quod factum primo populares conjurationis concusserát: neque tamen Catilinæ furor minuebatur; sed in dies plura agitare; arma per Italiam locis opportunis parare; pecuniam suâ aut amicorm fide sumptam mutuam, Fæsulas ad Manlium quemdam portare; qui postea princeps fuit belli faciundi. Eâ tempestate plurimos cujusque generis homines adscivisse sibi dicitur; mulieres etiam aliquot. quæ primô ingentis sumptus*** toleraverant: post, ubi ætas tantummodo quæstui neque luxuriæ modum fecerat, æs alienum grande conflaverant: per eas se Catilina credebat posse servitia urbana solicitare, urbem incendere, viros earum vel adjungere sibi, vel interficere.

XVIII.

His rebus comparatis Catilina nihilominus in proxumun annum consulatum petebat; sperans, si designatus foret, facilé se ex voluntate Antonio usurum: neque interea quietus erat, sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni: neque illi tamen ad cavendum dolus,

Digitized by Google

aut astutiæ deerant: namque â principio consulatus sui multa per Fulviam pollicendo effecerat, ut Q. Curius, de quo paulió ante memoravi, consilia Catilinæ sibi proderet: ad hoc, collegam suum Antonium pactione provinciæ perpulerat, ne contra rempub. sentiret: circùm se præsidia amicorum atque clientium occulté habebat. Postquam dies comitiorum venit, et Catilinæ neque petitio, neque insidiæ, quas consuli fecerat, prosperé cessere; constituit bellum facere, et extrema omnia experiri, quoniam, quæ occulté tentaverat, aspera, fœdaque evenerant.

XIX.

Igitur C. Manlium Fæsulas, atque in eam partem Etruriæ, Septimium quemdam Camertem in agrum Picenum, C. Julium in Apuliam dimisit, præterea alium alio, quem ubique opportunum sibi fore credebat: interea Romæ multa simul moliri, consuli insidias tendere; parare incendia, opportuna loca armatis hominibus obsidere: ipse cum telo esse: item alios jubere, hortari, uti semper intenti, paratique essent: dies, noctesque festinare, vigilare, neque insomniis, neque labore fatigari: postremò, ubi multa agitanti nihil procedit, rursus intempestà nocte conjurationis principes convocat penes M. Porcium Leccam: ibique multa de ignavia eorum questus, docet se præmisisse Manlium ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma paraverat, item alios in alia loca opportuna, qui mitium belli facerent; seque ad exercitum proficisci cupere, si priùs Ciceronem oppressisset: eum suis consiliis multùm officere.

XX.

Igitur, perterritis, ac dubitantibus ceteris, C. Cornelius eques Romanus operam suam pollicitus, et cum eo L. Varguntejus senator, constituere eâ nocte paullò

Digitized by Google

post cum armatis hominibus, sicuti salutatum introire ad Ciceronem, et de improviso domi suæ imparatum confodere. Curius, ubi intelligit, quantum periculum consuli impendeat, propere per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur; enunciat: ita illi januâ prohibiti, tantum facinus frustra susceperant. Interea Manlius in Etrùria plebem sollicitare, egestate simul ac dolore injuriæ novarum rerum cupidam; quòd Sullæ dominatione agros bonaque omnia amiserat; præterea latrones cujusque generis, quorum in ea regione magna copia erat, nonnullos ex Sullanis coloniis, quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerat.

XXI.

Ea cùm Ciceroni nunciarentur, ancipiti malo permotus, quòd neque urbem ab insidiis privato consilio longiùs tueri poterat, neque exercitus Manlii quantus aut quo consilio foret, satis compertum habebat, rem ad senatum refert, jam antea vulgi rumoribus exagitatam. Itaque, quòd plerumque in atroci negotio solet, senatus decrevit, darent operam consules, ne quid respub. detrimenti caperet: ea potestas per senatum, more Romano, magistratui maxuma permittitur, exercitum parare, bellum gerere, cœrcere omnibus modis socios atque civis: domi militiæque imperium atque judicium summum habere: aliter, sine populi jussu, nulli earum rerum consuli jus est.

XXII.

Quibus rebus permota civitas, atque inmutata facies urbis erat: ex summa lætitia atque lascivia, quæ diuturna quies pepererat, repentè omnis tristicia invasit: festinare, trepidare, neque loco neque homini cui-

Digitized by Google

quam satis credere: neque bellum gerere, neque pacem habere: suo quisque metu pericula metiri: ad hoc, mulieres, quibus rei pro magnitudine belli timor insolitus incesserat, afflictare sese: manus supplices ad cælum tendere; miserari parvos liberos: rogitare: omnia pavere; superbiâ atque deliciis omissis, sibi patriæque diffidere. At Catalinæ crudelis animus eadem illa movebat, tametsi præsidia parabantur, et ipse lege Plautiâ interrogatus erat ab L. Paulo; postremó, dissimulandi causâ, et quasi sui expurgandi, sicuti jurgio lacessitus foret, in senatum venit. Tum M. Tullius consul, sive præsentiam ejus timens, sive irâ commotus, oratienem habuit luculentam atque utilem reipublicæ quam postea scriptam edidit. Sed ubi ille adsedit, Catilina, ut erat paratus ad disimulanda omnia, demisso vultu, voce suplici, postulare á patribus, ne quid de se temere crederent: ea familiâ ortum, ita ab adolescentia vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet: ne existumarent, sibi patritio homini, cuyus ipsius atque majorum plurima beneficia in plebem Rom. essent, perditâ republ. opus esse, cùm eam servaret M. Tullius, inquilinus civis urbis Romæ; ad hoc, maledicta alia cúm adderet, obstrepere omnes: hostem atque parricidam vocare: tum ille furibundus: Quoniam quidem circunventus, inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruinâ extinguam.

XXIII.

Dein se ex curia domum proripuit: ibi multa secum ipse volvens, quòd neque insidiæ consuli procedebant, et ab incendio intelligebat urbem vigiliis munitam, optumum factu credens exercitum augere, ac priùs quám legiones scriberentur, multa antecapere, quæ bello usui forent, nocte intempestâ cum paucis in Manliana

Digitized by Google

castra profectus est; sed Cethego, atque Lentulo, ceterisque, quorum cognoverat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirment, insidias consuli maturent, cædem, incendia, aliaque belli facinora parent: sese propediem cum magno exercitu ad urbem accessurum.

XXIV.

Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Q. Marcium Regem mittit cum mandatis hujusmodi.

«Deos hominesque testamur, imperator, nos arma »neque contra patriam cepisse, neque quò periculum »aliis faceremus, sed ùti corpora nostra ab injuria »tuta forent: qui miseri, egentes, violentiâ atque crude»litate fæneratorum, plerique patriâ, sed omnes famâ »atque fortunis expertes sumus; neque cuiquam nos»trûm licuit more majorum lege uti, neque amisso »patrimonio, corpus liberum habere; tanta sævitia fene»ratorum atque prætoris fuit. Sepe majores vestrûm mi»seriti plebis Rom. decretis suis inopiæ ejus opitulati »sunt: ac novissumè memoriâ nostrâ, propter magni»tudinem æris alieni, volentibus omnibus bonis, argen»tum ære solutum est. Sæpe ipsa plebes, aut dominandi »studio permota, aut superbiâ magistratuum armata, »á patribus secessit: at nos non imperium, neque di»vitîas petimus; quarum rerum causâ, bella atque »certamina omnia inter mortalîs sunt; sed libertatem, »quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit. Te, »atque senatum obtestamur, consulatis miseris civi»bus; legis præsidium, quod iniquitas prætoris eripuit, »restituatis; neve nobis eam necessitudinem imponatis, »ut quæramus, quonam modo, maxumé ulti sangui»nem nostrum, pereamus.»

Digitized by Google

XXV.

Ad hæc Q. Marcius respondit: si quid ab senatu petere vellent, ab armis discedant, Romam supplices proficiscantur: eâ mansuetudine atque misericordiâ senatum populumque Romanum semper fuisse, ut nemo umquam ab eo frustra auxilium petiverit. At Catilina ex itinere plerisque consularibus, præterea optumo cuique literas mittit; se falsis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum resistere nequiverit, fortunæ cedere, Massiliam in exilium proficisci, non quò sibi tandi sceleris conscius esset; sed uti resp. quieta foret, neve ex sua contentione seditio oriretur. Ab his longé diversas literas Q. Catulus in senatu recitavit; quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat: earum exemplum infra scriptum est.

Digitized by Google

CICERÓN.

IN L. CATILINAM.

ORATIO I.—EXORDIO.

I.

Quousque tamdem abutere, Catilina, patientiâ nostrâ? Quandiu etiam furor iste tuus nos eludet? Quem ad finem sese affrenata jactabit audacia? Nihil ne te nocturnum præsidium Palatii, nihil urbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt? Patere tua consilia non sentis? Constrictam jam omnium horum conscientiâ teneri conjurationem tuam non vides? Quid proximâ, quid superiore nocte egeris, ubi fueris; quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris?

Digitized by Google

O tempora! ó mores! Senatus hæc intelligit, Consul videt; hic tamen vivit. Vivit? Imò vero etiam in senatum venit: fit publici consilii particeps: notat et designat oculis ad cædem unumquemque nostrum. Nos autem, viri fortes, satisfacere reipublicæ videmur, si istius furorem, ac tela vitemus.

Ad mortem te, Catilina, duci jussu Consulis jampridem oportebat: in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes jamdiu machinaris. An veró vir amplissimus P. Scipio, pontifex maximus, Tib. Gracchum mediocriter labefactantem statum reipublicæ privatus interfecit: Catilinam veró, orbem terræ cæde atque incendiis vastare cupientem, nos Consules perferemus? Nam illa nimis antiqua prætereo, quòd Q. Servilius Ahala Sp. Melium, novis rebus studentem, manu suâ occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac republica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum, quàm acerbissimum hostem coèrcerent. Habemus enim senatusconsultum in te, Catilina, vehemens et grave: non deest rèipublicæ consilium, neque auctoritas hujus ordinis: nos, nos; dico aperté, Consules desumus.

CONFIRMACIÓN.

II.

Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, ne quid respublica detrimenti caperet. Nox nulla intercessit; interfectus est proter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus clarissimo patre, avo, majoribus: occisus est cum liberis M Fulvius consularis. Simili senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus, permissa est respublica: num unum diem posteá L. Saturninum, tribunum plebis, et C. Servilium prætorem, mors ac reipublieæ pœna remorata est? At

Digitized by Google

nos vicesimum jam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim hujusmodi senatusconsultum, verumtamen inclusum in tabulis, tanquam, in vagina reconditum; quo ex senatus consulto confestim interfectum te esse, Catilina, convenit. Vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, Patres conscripti, me esse clementem: cupio in tantis reipublicæ periculis non dissolutum videri: sed jam meipsum inertiæ nequitiæque condemno.

Castra sunt Italia contra rempublicam in Etruriæ faucibus collocata: crescit in dies singulos hostium numerus: eorum autem imperatorem castrorum, ducemque hostium intra mœnia, atque adeo in senatu videmus, intestinam aliquam quotidie perniciem reipublicæ molientem. Si te jam, Catilina, comprehendi, si interfici jussero, credo, erit verendum mihi; ne non hoc potiùs omnes boni seriùs à me, quâm quisquam crudeliùs factum esse dicat. Verùm ego hoc, quod jampridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Tum denique interficiam te, cùm jam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non jure factum esse fateatur. Quandiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives: et vives ita, ut nunc vivis, multis meis, et firmis præsidiiss obsessus, ne conmovere te contra rempublicam possis. Multorum te etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.

III.

Etenim quid est, Catilina, quod jam ámplius expectes, si neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec privata domus parietibus continere vocem conjurationis tuæ potest? Si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta jam istam mentem, mihi crede: obliviscere cædis

Digitized by Google

atque incendiorum: Teneris undique: luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, quæ etiam mecum licet recognoscas. Meministine, me ante diem XII. Kalendas novembris dicere in senatu, fore in armis certo die, qui dies futurus esset ante diem VI. Kalendas novembris, C. Manlium, audaciaæ satelitem atque administrum tuæ? Num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verum, id quod multò magis est admirandum, dies? Dixi ego idem in senatu, cædem te optimatum contulisse in ante diem V. Kalendas novembris, tum cum multi principes civitatis Româ non tam sui conservandi, quàm tuorum consiliorum reprimendorum causâ profugerunt. Num infitiari potes, te illo ipso die meis præsidiis, meâ diligentiâ circumclusum, commovere te contra rempublicam non potuisse, cum tu discessu cæterorum, nostrâ tamen, qui remansissemus, cæde contentum te esse dicebas? Quid cum te Præneste Kalendis ipsis novembris occupaturum nocturno impetu esse confideres, sensistine, illam coloniam meo jussu, meis præsidiis, custodiis, vigillisque esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod non modo non audiam, sed etiam non videam, planèque sentiam.

IV.

Recognosce tandem mecum illam superiorem noctem. Jam intelliges multò me vigilare acriùs ad salutem, quàm te ad perniciem reipublicæ. Dico, te priori nocte venisse inter falcarios (non agam obscure) in M. Leccæ domun: convenisse eòdem complures ejusdem amentiæ scelerisque socios. Num negare audes? Quid taces? Convincam si negas. Video enim esse hic in senatu quosdam, qui tecum unà fuere.

O dii inmortales! ubinam gentium sumus? In qua urbe vivimus? Quam rempublicam habemus? Hic, hic

Digitized by Google

sunt, in nostro numero, Patres conscripti, in hoc orbis terræ sanctissimo gravissimoque consilio, qui de meo, nostrumque omnium interitu, qui de hujus urbis atque adeo orbis terrarum exitio cogitent. Hosce ego video Consul, et de republica sententiam rogo: et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Fuisti igitur apud Leccam illâ nocte, Catilina: distribuisti partes Italiæ: statuisti quó quemquè proficisci placeret: delegisti quos Romæ relinqueres, quos tecum educeres: descripsisti urbis partes ad incendia: confirmasti te ipsum jam esse exiturum: dixisti paululum tibi esse tum moræ, quód ego viverem. Reperti sunt duo equites romani, qui te istâ curâ liberarent, et sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Hæc ego omnia, vix dum etiam cœtu vestro dimisso, comperi: domum meam majoribus præsidiis munivi atque firmavi: exclusi eos, quos tu manè ad me salutatum miseras, cùm illi ipsi venissent, quos ego jam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse prædixeram.

V.

Quæ cùm ita sint, Catilina, perge quò cæpisti; egredere aliquando ex urbe; patent portæ: proficiscere. Nimiùm diu te imperatorem illa tua Manliana castra desiderant. Educ tecum etiam omnes tuos: si minùs, quam plurimos. Purga urbem. Magno me metu liberabis, dummodó inter me atque te murus intersit. Nobiscum versari jam diutius non potes: non feram, non patiar, non sinam. Magna diis immortalibus habenda est gratia, atque huic ipsi Jovi Statori, antiquisimo custodi hujus urbis, quòd hanc tam tetram, tam horribilem, tamque infestam reipublicæ pestem toties jam effugimus. Non est sæpiùs in uno homine salus summa periclitanda reipublicæ. Quandiu mihi consuli designa

Digitized by Google

to, Catilina, insiadiatus es, non publico me præsidio- sed privatà diligentiâ defendi. Cum proximis comitiis consularibus me consulem in campo, et competitores interficere voluisti, compressi tuos nefarios conatus amicorum præsidio et copiis, nullo tumultu publicè concitato. Denique quotiescumque me petisti, per me tibi obstiti: quamquam videbam, pernicien meam cum magna calamitate reipublicæ esse conjunctam. Nunc jam aperté rempublicam universam petis. Templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique totam, ad exitium et vastitatem vocas. Quare, quoniam id, quod primum, atque hujus imperii disciplinæque majorum propium est, facere nondum audeo: faciam id, quod est ad severitatem lenius, ad communem salutem utilius. Nam, si te interfici jussero, residebit in republica reliqua conjuratorum manus. Sin tu (quod te jam dudum hortor) exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina reipublicæ. Quid est, Catilina? num dubitas id me imperante facere, quód jam tuá sponte faciebas? Exire ex urbe consul hostem jubet. Interrogas me, num in exilium? non jubeo: sed, si me sonsulis, suadeo.

VI.

Quid enim, Catilina, est, quod te am in hac urbe delectare possit? in qua nemo est extra istam conjurationem perditorum hominum, qui te non metuat: nemo, qui te non oderit. ¿Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? quæ libido ab occulis, quod facinus à manibus umquam tuis quod, flagitium á toto corpore abfuit? cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam ferrum, aut ad lidibinem facem prætulis-

Digitized by Google

ti? quid vero? nuper, cùm morte superioris uxoris novis nunptiis domus vacuam fecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? Quod ego prætermitto, et facilé patior sileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut extitisse, aut non vindicata esee videatur. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum quas omnes impendere tibi proximis idibus senties. Ad illa venio, quæ non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam dificultatem ac turpitudinem, sed ad summam reipublicæ atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent.

Potestne tibi hujus vitæ hæc lux, Catilina, aut hujus cœli spiritus esse jucundus, cùm scias, horum esse neminem qui nesciat, te pridié kalendas januarias Lepido et Tullo consulibus, stetisse in comitio cum telo? manum consulum et principum civitatis interficiendorum causâ, paravisse? Sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum, sed fortunam populi romani obstitisse? Ac jam illa omitto; neque enim sunt aut obscura, aut non multò postea commissa. Quoties tu me designatum, quoties me consulem interficere conatus est? Quot ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari posse non viderentur, parvâ quadam declinatione et, ut ajunt, corpore effugi? Nihil agis, nihil assequaris, nihil moliris, quod mihil latere valeat in tempore: neque tamen conari, ac velle desistis. Quoties jam tibi extorta est sica ista de manibus? Quoties verò excidit casu aliquo, et elapsa est? Tamen eâ carere diutiús non potes: quæ quidem quibus abs te initiata sacris, ac devota sit, nescio, quòd eam necesse putas consulis in corpcre defigere.

VII.

Nunc verò, qnæ tua est ista vita? Sic enim jam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo, sed ut misericordiâ quæ tibi nulla debetur. Ve-

Digitized by Google

nisti paulo anté in senatum. Quis te ex hac tantâ frequentia, ex tot tuis amicis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini, ¿vocis expectas contumeliam, cùm sis gravissimo judicio taciturnitatis oppressus? Quid, quód adventu tuo ista subsellia vacua facta sunt? Quòd omnes consulares, qui tibi persæpè ad cædem constituti fuerunt, simul atque assedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt? Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas? Servi mehercle me si mei isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? Et si me meis civibus injuriâ supectum tam graviter atque offensum viderem; carere me aspectu civium, quàm infestis oculis omnium conspici mallem. Tu cum conscientiâ scelerum tuorum agnoscas odium omnium justum et jam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes sensusque vulneras, eorum aspectum præsentiamque vitare? Si te parentes timerent atque odissent tui, neque eos ullâ ratione placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquò concederes, Nunc te patria, quæ communis est omnium nostrum parens, odit ac metuit: et jamdiu de te nihil judicat, nisi de parricidio suo cogitare. Hujus tu neque auctoritatem verebere, neque judicium sequêre, neque vim pertimesces? Quæ tecum, Catilina, sic agit, et quodam modò tacita loquitur: nullum jam tot annos facinus extitit, nisi per te: nullum flagitium sine te: tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera: tu non solùm ad negligendas leges ac quæstiones, verùm etiam ad evertendas perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli. Nunc veró me totam esse in metu propter te unum; quidquid increpuerit, Catilinam timeri; nullum videri contra me consilium iniri posse, quod á

Digitized by Google

tuo scelere abhorreat; non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe: si verus, ne opprimar; sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam.

VIII.

Hæc si tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid quòd tu te ipse in custodiam dedisti? Quid quod vitandæ suspitionis causa apud M. Lepidum te habitare velle dixisti? à quo non receptus, etiam ad me venire ausus es: ut domi meæ te asservarem, rogasti. Cùm à me quoque id responsum tulisses; me nullo modo posse iisdem parietibus tutò esse tecum, qui magno in periculo essem, quòd iisdem mœnibus contineremur, ad Q. Metellum prætorem venisti. A quo repudiatus, ad sodalem tuum, virum optimum, M. Marcellum, demigrasti: quem tu videlicet et ad custodiendum te diligentissimum, et ad suspicandum sugacissimum, et ad vindicandum, fortissimum forem putasti. Sed quam longè videtur à carcere atque à vinculis abesse debere, qui se ipsum jam dignum custodiâ judicaverit?

Quæ cùm ita sint, Catilina, dubitas, si hic emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras, et vitam istam multis suppliciis justis debitisque ereptam, fugæ solitudinique mandare? Refer, inquis, ad senatum (id enim postulas), et si hic ordo placere sibi decreverit te ire in exilium, optemperaturum te esse dicis. Non referam id, quod abhorret á meis moribus, et tamen faciam, ut intelligas, quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina: libera rempublicam metu: in exilium, si hanc vocem expectas, proficiscere. Quid est, Catilina? Ecquid attendis, ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur tacent. Quid expectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis?

Digitized by Google

At sì hoc idem huic adolescenti optimo, P. Sextio, si fortissimo viro, M. Marcello dixissem; jam mihi consuli hoc ipso in templo jure optimo senatus vim et manus intulisset. De te autem, Catilina, cùm quiescunt, probant: cùm patiuntur, decernut: cùm tacent, clamant. Neque hi solùm, quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima: sed etiam illi equites romani, honestissimi atque optimi viri, cæterique fortissimi cives, qui circumstant senatum; quorum tu et frequentiam videre, et studia perspicere, et voces paulo anté exaudire potuisti: quorum ego vix abs te jamdiu manus ac tela contineo: eosdem facilé adducam, ut te hæc, quæ jam pridem vastare studes, relinquentem, usque ad portas prosequantur.

IX.

Quamquam quid loquor? Te ut ulla res frangat? Tu ut unquam te corrigas? Tu ut ullam fugam meditere? ut ullum tu exilium cogites? Utinam tibi istam mentem dii inmortales donarent! Tametsi video, si mea voce perterritus ire in exilium animùm induxeris, quanta tempestas invidiæ nobis, si minùs in præsens tempus, recenti memoriâ scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. Sed est mihi tanti, dummodò ista privata sit calamitas, et á reipublicæ periculis sejungatur. Sed tu ut vitiis tuis commoveare, ut legum pœnas pertimescas, ut temporibus reipublicæ concedas, non est postulandum. Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor á turpitudine, aut metus à periculo, ant ratio â furore revocarit.

Quamobrem, ut, sæpe jam díxi, proficiscere, ac si mihi inimico, ut prædicas, tuo conflare vis invidiam; rectâ perge in exilium: vix feram sermones hominum, si id feceris; vix mollem istius invidiæ, si in exilium ieris jussu consulis sustinebo. Sin autem servire meæ

Digitized by Google

laudi et gloriæ mavis, egredere cum importuna sceleratorum manu: confer te ad Manlium: concita perditos cives: secerne te á bonis: infer patriæ bellum: exulta impio latrocinio; ut á me non ejectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris.

Qumquam, quid ego te invitem, á quo jam sciam esse præmissos, qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati? Sciam, pactam et constitutam esse cum Manlio diem? A quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus peniciosam esse confido et funestam futuram, cui domi tuæ sacrariùm scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse præmissam? Tu ut illâ diutiùs carere posis, quam venerari, ad cædem proficiscens, solebas? â cuyus altaribus sæpè istam dexteram impiam ad necem civium transtulisti?

X.

Ibis tandem aliquando, quò te jam pridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi hæc res affert dolorem, sed quamdam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentia natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Numquam tu non modó otium, sed ne bellum quidem nisi nefarium concupisti. Nactus es ex perditis, atque ab omni nonmodò fortuna, verùm etiam spe derelictis, conflatam improborum manum.

Hic tu quâ lætitiâ perfruere? Quibus gaudiis exultabis? Quanta in voluptate bacchabere, cùm in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam, neque videbis? Ad hujus vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui: jacere humi non modó ad obsidendum stuprum, verùm etiam ad facinus obeundum: vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verùm etiam bonis otiosorum. Habes ubi

Digitized by Google

ostentes illam præclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium: quibus te brevi tempore confectum esse senties. Tantum profeci tum, cùm te a consulatu repuli, ut exul potiùs tentare, quàm consul vexare rempublicam posses: atque ut id, quod esset à te sceleratè susceptum, latrocinium potiùs, quàm bellum nominaretur.

XI.

Nunc, ut a me, Patres conscripti, quamdam propé justam patriæ querimoniam detesterac deprecer: percipite, quæso, diligenter, quæ dicam, et eapenitus animis vestris, mentibusques mandate. Etenim, si mecum patria, quæ mihi vitâ meâ multò est carior, si cuncta Italia, si omnis respublica loquatur: M. Tulli, quid agis? Tune eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem expectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem conjurationis, evocatorem servorum, et civium perditorum, exire patieris, ut abs te non emissus ex urbe, sed immisus in urbem esse videatur? Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? Mosne majorum? At persæpe etiam privati in hac republica perniciosos cives morte mulctarunt. An leges, quæ de civium romanorum supplicio rogatæ sunt? At numquam in hac urbe ii, qui á republica defecerunt, civium jura tenuerunt. An invidiam posteritatis times? præclaram verò populo romano refers gratiam, qui te, hominem per te cognitum, nulla commendatione majorum, tam maturè ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter invidiam, aut alicujus periculi metum, salutem civium tuorum negligis. Sed, si quis est invidiæ metus, num est vehementiùs severitatis ac fortitudinis invidia, quàm

Digitized by Google

inertiæ ac nequitiæ pertinescenda? An cùm bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas invidiæ incendio conflagraturum?

XII.

His ego sanctissimis reipublicæ vocibus, et eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus, pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factu judicarem, Patres conscripti, Catilinam morte multari: unius usuram horæ gladiatori isti ad vivendum non dedisem. Etenim, sì summi viri et clarissimi cives, Saturnini, et gracchorum, et Flacci, et superiorum complurium sanguine non modó se non contaminarunt, sed etiam honestarunt: certè verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret. Quòd si ea mihi maximè impenderet; tamen hoc animo semper fui, ut invidiam virtute partam, gloriam non invidiam putarem.

Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, quæ imminent, non videant: aut ea quæ vident dissimulent, qui spem Catilinæ mollibus sentetiis aluerunt, conjurationemque nascentem non credendo corroboraverunt. Quorum auctoritatem secuti multi, non solùm improbi, verùm etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter et regiè factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste quó intendit, in Maliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat conjurationem esse factam: neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc reipublicæ pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quòd si se ejecerit, secùmque suos eduxerit, et eodem cæteros undique collectos naufragos aggregaverit: extinguetur atque delebitur non modò hæc tam adultá reipublicæ pestis, verùm etiam stirps ac semen malorum omnium.

Digitized by Google

Etenim jamdiu, Patres conscripti, in his periculis conjurationis insidiisque versamur: sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris et audaciæ maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quòd si ex tanto latrocinio iste unus tolletur; videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura et metu esse relevati: periculum autem residebit, et erit inclusum penitùs in venis atque in visceribus reipublicæ. Ut sæpe homines ægri morbo gravi, cùm æstu febrique jactantur, si aquam gelidam biberint, primò relevari videntur; deinde multò graviùs vehementiùsque afflictantur, sic hic morbus, qui est in republica, relevatus istius pœna, vehementiùs vivis reliquis ingravescet.

EPÍLOGO.

XII.

Quare, Patres conscripti, secedant improbi, secernant se à bonis: unum in locum congregentur: muro denique, id quod sæpe jam dixi, secernantur à nobis: desinant insidiari domi suæ consuli, circumstare tribunal prætoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare. Sit denique inscriptum in fronte uniuscujusque civis, quid de republica sentiat. Polliceor hoc vobis, Patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem, ut Catilinæ profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis.

Hisce omnibùs, Catilina, cum summa reipublicæ salute, et cum tua peste ac pernice, cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere parricidioque junxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefariun. Tum

Digitized by Google

tu, Jupiter, qui iisdem, quibus hæc urbs, auspiciis à Romulo es constitutus: quem Statorem hujus urbis atque imperii verè nominamus: hunc et hujus socios à tuis aris, cœterisque templis, à tectis urbis ac mœnibus, à vita fortùnisque civium omnium arcebis: et omnes inimicos bonorum, hostes patriæ, latrones Italiæ, scelerum fœdere inter se, ac nefaria societate conjunctos, æternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.



Digitized by Google

Pro Q. Ligario

AD C. CÆSAREM.

ORATIO.—EXORDIO.

I.

Novum crimen, C. Cæsar, et anté hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. Tubero detulit: Quintum Ligarium in Africa fuisse: idque C. Pansa, præstanti vir ingenio, fretus fortasse ea familiaritate, quæ est tecum, ausus est confiteri. Itaque quò me vertam, nescio. Paratus enim veneram, cùm tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer. Sed quoniam diligentiâ inimici investigatum est, quod latebat, confitendum est, ut opinor: præsertim cùm meus necessarius C. Pansa fecerit, ut id jam integrum non esset: omissâque controversiâ, omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est, quâ plurimi sunt conservati, cùm à te non liberationem culpæ, sed errati veniam impetravissent.

Digitized by Google

Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maximè optandum, confitentem reum; sed tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse, quâ te, Tubero, quâ virum omni laude dignum, patrem tuum. Itaque prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quám Ligariî ullam culpam reprehendatis.

II.

Q. igiturur Ligarius, cùm esset adhuc nulla belli suspicio, legatus in Africam cum C. Considio profectus est: qua in legatione et civibus et sociis ita se probavit, ut decedens Considius provinciâ, satisfacere hominibus non posset, si quemquam alium provinciæ præfecisset. Itaque Q. Ligarius, cùm diu recusans nihil profecisset, provinciam accepit invitus: cui sic præfuit in pace, ut et civibus et sociis gratissima esset ejus integritas et fides. Bellum subitò exarsit; quod, qui erant in Africa, antè audierunt geri, quàm parari. Quo audito, partim cupiditate inconsideratâ, partim cæco quodam timore, primò salutis, pòst etiam studii sui, quærebant aliquem ducem. Cùm Ligarius, domum spectans, et ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio pasus est. Interim P. Attius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Uticam venit. Ad eum statim concursum est. Atque illé non mediocri cupiditate arripuit imperium, si illud imperium esse potuit, quod ad privatum clamore multitudinis imperitæ, nullo publico consilio, deferebatur. Itaque Ligarius, qui omne tale negotinm cuperet effugere, paulum adventu Vari conquievit.

Adhuc, C. Cæsar, Q. Ligarius omni culpâ vacat. Domo est agresus non modò nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli: legatus in pace profectus, in provincia pacatissima ita se gessit, ut ei

Digitized by Google

pacem esse expediret. Profectio certe animum tuum non debet offendere. Num igitur remansio? Multó minus. Nam profectio voluntatem habuit non turpem, remansio etiam necessitatem honestam. Ergo hæc duo tempora carent crimine: unum, cùm est legatus profectus, alterum, cùm eflagitatus á provincia, præpositus Africæ est.

PROPOSICIÓN.

Tertium est tempus, quod post adventum Vari in Africa restitit. Quod si est criminosum, necesitatis crimen est, non voluntatis, An ille, si potuisset illinc ullo modó evadere, Uticæ potius quám Romæ; cum P. Attio, quâm cum concordissimis fratribus; cum alienis esse, quàm cum suis maluisset? Cum ipsa legatio pœna desiderii ac solicitudinis fuisset propter incredibilem quemdam fratrum amorem; hic æquo animo esse potuit distractus á fratribus?

CONFIRMACIÓN.

III.

Nullum igitur habes, Cæsar, adhuc in Q. Ligario signum alienæ à te voluntatis. Cujus ego causam animadverte, quæso, quâ fide defendam, cum prodo meam. O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione litteris monumentisque decorandâm! M. Cicero apud te defendit, alium in ea voluntate non fuisse, in qua seipsum confitetur fuisse, ne tuas tacitas cogitationes extimescit: nec, qui tibi de alio audienti de seipso occurrat, reformidat.

Vide, quàm non reformidem: vide quanta lux liberalitatis et sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboria-

Digitized by Google

tur. Quantum potero, voce contendam, ut hoc populus romanus exaudiat. Suscepto bello. Cæsar, gesto etiam ex magna parte, nullâ vi coactus, judicio ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumta contra te. Apud quem igitur hoc dico? Nempe apud eum, qui cùm hoc sciret, tamen me, ante quam vidit, reipublicæ reddidit: qui ad me ex Ægipto literas misit, ut essem ídem, qui fuissem: qui cùm ipse imperator in toto imperio populi romani unus esset, esse me alterùm passus est: á quo hoc ipso C. Pansa mihi nuntium perferente, concesos faces tenui, quoad tenendo putavit-qui mihi tum denique se salutem putavit dare, si eam nullis spoliatam ornamentis dedisset.

Vide, quæso, Tubero, ut, qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri. Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cùm de se eadem dicerem, ignosceret. Cujus ego industriæ gloriæque faveo vel propter propinquam cognationem, vel quód ejus ingenio, studiisque delector, vel quód laudem adolescentis propinqui exístimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. Sed hoc quæro, quis putet esse erimen, fuisse in Africa Ligarium? Nempe is, qui et ipse in eadem Africa esse voluit, et prohibitum se á Ligario queritur, et certé contra ipsum Cæsarem est congressus armatus. Quid enim, Tubero, districtus ille tuus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuyus latus ille mucro petebat? Qui sensus erat armorum tuorun? Quæ tua mens? oculi? manus? ardo animi? Quid cupiebas? Quid optabas? Nimis urgeo: commoveri videtur adolescens: ad me revertar. Iisdem in armis fui.

Digitized by Google

IV.

Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi ut, quod hic potest, nos possemus? Quorum igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oracio. Atque in hac causa non nihil equidem, Tubero, etiàm tuam, sed multò magis patris tui prudentiam desidero: quòd homo, cùm ingenio tum doctrinâ excellens, genus hoc causæ quod esset, non viderit. Nam, si vidisset, quovis profectó, quam isto modo á te agi maluisset Arguis fatentem. Non est satis. Accusas eum, qui causam habet, aut, ut ego dico, meliorem, quám tu: aut, ut tu vis, parem.

Hæc non modò mirabilia sunt, sed prodigii simile est quod dicam. Non habet eam vim ista acusatio, ut Q Ligarius condemnetur, sed ut necetur. Hoc egit civis romanus ante te nemo. Externi isti sunt mores. Usque ad sanguinem incitari solet odium aut levium græcorum, aut immanium barbarorum. Nam quid alliud agis? Ut Romæ ne sit? Ut domo careat? Ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Brocho avunculo suo, ne cum ejus filio, consobrino suo, ne nobiscum vivat? Ne sit in patria? Num est? Num potest magis carere his omnibus, quám caret? Italia prohibetur, exulat. Non tu ergo hunc patria privare, quâ caret, sed vitâ vis. At istud ne apud eum quidem dictatorem, qui omnes, quos oderat morte multabat; quisquam egit isto modo. Ipse jubebat occidi nullo postulante: præmiis etiam invitabat. Quæ tamen crudelitas ab hoc eodem aliquot annis post, quem tu nunc crudelem esse vis, vindicata est.

Digitized by Google

V.

Ego veró istud non postulo, inquies. Ita mehercle existimo, Tubero. Novi enim te, novi patrem, novi domum, nomenque vestrum: studia denique generis ac familiæ vestræ, virtutis humanitatis, doctrinæ, plurimarum artium atque optimarum, nota sunt mihi omnia. Idque certò scio, vos non petere sanguinem: sed parum attenditis. Res enim eò espectat, ut eâ pœnâ in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamini esse contenti. Quæ est igitur alia præter mortem? Si enim in exilio est, sicuti est, quid aliud postulatis? An, ne ignoscatur? Hoc veró multó acerbius multòque est durius. Quod nos domi petimus precibus et lacrimis prostrati ad podes, non tam nostræ causæ fidentes, quám hujus humanitati, id ne impetremus pugnabis? et in nostrum fletum irrumpes? et, nos jacentes ad pedes supplicum voce prohibebis?

Si, cúm hoc domi faceremus, quod et fecimus, et ut espero, non frustrâ fecimus, tu de repente irrupisses el clamare coepises. C. Cæsar, cave ignoscas, cave te fratrum, pro fratris salute obsecrantium misereatur, nonne omnem humanitatem exuisses? Quanto hoc durius, qnod nos domi petimus, id à te in foro oppugnari, et in tali miseria multorum, perfugium misericordiæ tollere?

Dicam plané, C. Cæsar, quod sentio. Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te inquam, obtines, (itelligo quid loquar,, acerbissimo luctu redundaret ista victoria. Quam multi enim essent de victoribus, qui te crudelem esse vellent, cúm etiam de victis reperiántur? Quam multi, qui cúm á te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam, cúm etiam ii, quibus ipse ignovisti, nolint te in alios esse misericordem?

Digitized by Google

Quód si probare Cæsari possemus, in Africa Ligarium omnino non fuisse; si honesto et misericordi mendacio saluti civi calamitoso esse vellemus: tamen hominis non esset, in tanto discrimine et periculo civis refellere et coarguere nostrum mendacium: et, si esset alicujus, ejus certé non esset, qui in eadem causa et fortuna fuisset. Sed tamen aliud est, errare Cæsarem nolle, aliud, nolle misereri. Tu diceres: cave, Cæsar, credas: fuit in Africa Ligarius: tulit árma contra te. Nunc quid dicis? Cave ignoscas. Hæcne hominis ad hominem vox est? Quâ qui apud te, C. Cæsar, utetur, suam citiús abjiciet humanitatem, quam extorquebit tuam.

VI.

Ad primus aditus et postulatio Tuberonis hæc, ut opinor, fuit: velle se de Q. Ligarii scelere dicere. Non dubito, quin admiratus sis, vel quod de nullo alio quisquam, vel quód is, qui in eadem caussa fuisset, vel quid novi facinoris afferret. Scelus tu illud vocas, Tubero? Cur? Isto enim nomine illa adhuc causa caruit. Alii errorem appellant: Alii timorem: qui duriús spem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui gravissimé temeritatem: scelus, præter te, adhuc nemo. Ac mihi quidem, si proprium et verum nomen nostri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidisse videtur et improvidas hominum mentes occupavisse, ut nemo mirari debeat, humana consilia divina necessitate esse superata.

Liceat esse misseros, quamquam hoc victore esse non posumus; sed non loquor de nobis: de illis loquor qui occiderunt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces: sceleris veró crimine, furoris, parricidii liceat. Cn. Pompeio murtuo, liceat multis aliis carere,

Digitized by Google

Quando hoc quisquam ex te, Cæsar, audivit? Aut tua quid aliud arma voluerunt, nisi à te contumeliam propulsare? Quid egit tuus ille invictus exercitus, nisi ut suum jus tueretur et dignitatem tuam? Quid? Tu, cùm pacem esse cupiebas, idne agebas, ut tibi cum sceleratis, an ut cum bonis civibus conveniret?

Mihi verò, Cæsar, tua in me maxima merita tanta certè non viderentur, si me, ut sceleratum, à te conservatum putarem. Quomodó autem tu de republica bene meritus esses, si tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses? Secessionem tu illam existimavisti, Cæsar, initio, non bellum: non hostile odium, sed civile disidium: utrisque cupientibus rempublicam salvam; sed partim consiliis, partim studiis à communi utilitate aberratibus. Principum dignitas erat penè par: non par fortasse eorum, qui sequebantur: causa tum dubia, quòd erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior certè ea judicanda est, quam etiam dii adjuverunt. Cognita verò clementiâ tuâ, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi armatus?

VII.

Sed, ut omittam communem causam, veniamus ad nostram: utrum tandem existimas facilius fuisse, Tubero, Ligario ex Africa exire, an vobis in Africam non venire? Poteramusne, inquit, cum senatus censuisset? si me consulis, nullo modo. Sed tamen Ligarium senatus idem legaverat. Atque ille eo tempore paruit cum parere senatui necesse erat; vos tum paruistis, cùm paruit nemo, qui noluit. Reprendo igitur? minimé verò: neque enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiæ, disciplinæ. Sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in allis reprehendatis.

Digitized by Google

Tuberonis sors conjecta est ex senatusconsulto, cùm ipse non adesset, morbo etiam impediretur: statuerat se excusare. Hæc ego novi propter omnes neccesitudines, quæ mihi sunt cum L. Tuberone. Domi unâ eruditi, militiæ contubernales, post affines, in omni denique vita familiares. Magnum etiam vinculum quod iisdem studiis semper usi sumus. Scio igitur, Tuberonem domi manere voluisse. Sed ita quidam agebant, ita reipublicæ santissimum nomen opponebant; ut, etiam si aliter sentiret, verborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset. Cessit auctoritati amplissimi viri, vel potius paruit. Una est profectus cum iis, quorum erat una causa. Tardiù iter fecit. Itaque in Africam venit jam occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur, vel ira potiùs. Nam si crimen est, prohibere illum voluisse; non minùs magnum est, vos Africam, omnium provinciarum arcem, natam ad belium contra hanc urbem gerendum, obtinere voluisse. quàm aliquem se imperatorem esse maluisse. Atque is tamen aliquis Ligarius non fuit.. Varus se imperium habere dicebat: fasces certè habebat. Sed quoquo modo sese illud habet hæc querela vestra, Tubero, quid valet. Recepti in provinciam non sumus. Quid, si essetis, Cæsarine eam tradituri fuissetis, an contra Cæsarem retenturi.

VIII.

Vide, quid licentiæ, Cæsar, nobis tua liberalitas det, vel potiùs audaciæ. Si responderit Tubero, Africam, quó senatus eum, sorsque miserat; tibi patrem suum traditurum fuisse: non dubitabo apud ipsum te cujus id eum facere interfuit, gravissimis verbis ejus consilium reprehendere. Non enim si tibi ea res grata fuisset, esset etiam probata. Sed jam hoc totum omito, non tam ut ne offendam tuas patientiss mas au res,

Digitized by Google

quâm ne Tubero, quod numquam cogitaverat, facturus fuisse videatur. Veniebatis igitur in Africam provinciam, unam ex omnibus huic victoriæ maximé infestam, in qua erat rex potentissimus, inimicus huic causæ, allena voluntas, conventus firmi atque magni, Quæro, quid facturi fuissetis? Quamquam, quid facturi fueritis, non dubitem, cùm videam, qui feceritis. Prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere, et prohibiti, ut perhibetis, summa cum injuria.

Quomodo id tulistis. Acceptæ injuriæ querelam ad quem detulistis? Nempe ad eum, cujus auctoritatem secuti in societatem belli veneratis. Quòd si Cæsaris causà in provinciam veniebatis, ad eum profectó exclusi provinciâ venissetis. Venistis ad Pompeium. Quæ est ergo apud Cæsarem querela cùm eum accusatis, â quo queramini vos prohibitos contra Cæsarem bellum gerere? Atque in hoc quidem vel cum mendacio si vultis, gloriari per me licet, vos provinciam fuisse Cæsari traditurus, etiam si à Varo, et quibusdam aliis prohibiti essetis. Ego autem confitebor, culpam esse Ligarii, qui vos tantæ laudis ocasione privaverit.

IX.

Sed vide, quæso, C. Cæsar, constantiam ornatissimi viri, L. Tuberonis: quam ego, quamvis ipse probarem, ut probo, tamen non commemorarem, nisi à te cognovissem in primis eam virtutem solere laudari. Quæ fui igitur unquam in ullo homine tanta constantia? Constantiam dico? Nescio, an meliùs patientiam possem dicere. Quotus enim istud quisque fecisset, ut á quibus partibus in dissensione civili non esset receptus, essetque etiam cum crudelitate rejectus, ad eas ipsas rediret? Mngni cujusdam animi, atque ejus viri est quem

Digitized by Google

de suscepta causa propositaque sententia, nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum posset depellere.

Ut enim cætera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honos, nobilitas, splendor, ingenium, quæ nequaquam fuerunt: hoc certè præcipuum Tuberonis fuit, quòd justo cum imperio ex senatus consulto in provinciam suam venerat. Hinc prohibitus, non ad Cæsarem, ne iratus, non domum, ne iners, non aliquam in regionem, ne condemnare causam illam, quam secutus esset, videretur: in Macedoniam, in Cn. Pompeii castra venit, in eam ipsam causam, á qua erat rejectus cum injuria.

Quid? cum ista res nihil commovisset ejus animum, ad quem veneratis; langidiore, eredo, studio in causa fuistis. Tamtummodò in præsidiis eratis: animi verò à causa abhorrebant. An ut fit in civilibus bellis, nec in vobis magis, quám in reliquis, omnes vincendi studio tenebamur? Pacis equidem semper auctor fui, sed tum seró. Erat enim amentis, cùm aciem videres, de pace cogitare. Omnes, inquam, vincere volebamus: tu certé præcipuè, qui in eum locum venisses, ubi tibi esset pereundum, nisi vicisses. Quamquam, ut nunc se res habet, non dubito, quin hanc salutem anteponas illi victoriæ.

X.

Hæc ego non dicerem, Tubero, si aut vos constantiæ vestræ, aut Cæsarem beneficii sui pœniteret. Nunc quæro, utrum vestras injurias, an reipublicæ persequamini. Si reipublicæ, quid de vestra in ea causa perseverantia respondebitis? Si vestras, videte, ne erretis qui Cæsarem vestris inimicis iratum fore putetis, cùm ignoverit suis. Itaque num tibi videor, Cæsar, in causa Ligarii uccupatus esse? Num de ejus facto dicere? Quid-

Digitized by Google

quid dixi ad unam summam referri volo vel humânitatis vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ.

Causas, Cæsar, egi multas, et quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum: certé nunquam hoc modo, *Ignoscite, Judices: erravit: lapsus est; non putavit; si unquam post hac...* Ad parentes sic agi solet. Ad Judices, *Non fecit: non cogitavit: falsi testes; fictum crimen.* Dic te, Cæsar, de facto Ligarii judicem esse: quibus in præsidiis fuerit quære. Taceo. Ne hæc quidem colligo, quæ fortasse valerent etiam apud judicem: Legatus ante bellum profectus, relictus in pace, bello oppressus, in eo non acerbus; tum etiam totus animo et studio tuus.

EPILOGO.

XI.

Ad judicem sic agi solet. Sed ego ad patrem loquor. Erravi, temerè feci, pœnitet: ad clementiam tuam confugio: delicti veniam peto: ut ignoscas oro. Si nemo impetravit, arroganter: si plurimi, tu idem fer opem, qui spem dedisti. An sperandi Ligatorio causa non sit, cúm mihi apud te sit locus etiam pro altero deprecandi? Quamquam neque in hac oratione spes est posita causæ, nec in eorum studiis, qui à te pro Ligario petunt, tui necesarii.

Vidi enim, et cognivi, quid maximè spectares, cúm pro alicujus salute multi laborarent: causas apud te rogantium gratiosiores esse, quàm preces: neque spectere, quàm tuus esset necesarius ïs, qui te oraret, sed quàm illius, pro quo laboraret. Itaque tribuis tu quidem tuis ita multa, ut mihi beatiores illi esse videantur interdum, qui tuâ liberalitate fruuntur, quám tu ipse, qui illis tam multa concedis; sed video tamen,

Digitized by Google

apud te causas, ut dixi, rogantium valere plus, quam preces: ab iisque te moveri maximè, quorum justissimum dolorem videas in petendo.

In Q. Ligario conservando multis tu quidem gratum facies necessariis tuis; sed hoc, quæso, considera, quod soles. Possum fortissimos viros, Sabinos tibi probatissimos, totumque agrum Sabinum, florem Italiæ ac robur reipublicæ proponere: nosti optimé homines. Animadverte horum omnium mœstitiam et dolorem. Hujus T. Brochi, de quo non dubito quid existimes, lacrimas squaloremque ipsius, et filii vides.

Quid de fratribus dicam. Noli, Cæsar, putare de unius capite nos agere. Aut tres tibi Ligarii in civitate retinendi sunt, aut tres ex civitate exterminandi. Quodvis exilium his est optatius, quám domus, quàm dii penates, uno illo exulante. Si fraterné, si pie, si cum dolore faciunt, moveant te horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas. Valeat tua vox illa, quæ vicit. Te enim dicere audiebamus, nos, omnes adversarios putare, nisi qui nobiscum essent; te omnes, qui contra te non essent, tuos. Videsne igitur hunc splendorem, omnem hanc Brochorum domum. L. Marium. C. Cæsetium, L. Considium, hosce omnes equites romanos, qui adsunt veste mutatà, non solùm notos tibi, verùm etiam probatos viros, qui tecum fuerunt? Atqui his maximé irascebamur, et hos requirebamus, et his nonulli etiam minabantur. Conserva igitur tuis suos, ut quem admodum cætera, quæ dicta sunt á te, sic hoc verissimum reperiatur.

XII.

Quod si penitus perspicere posses concordiam Ligariorum, omnes fratres tecum judicares fuisse. An potest quisquam dubitare, quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset in eadem sententia futurus fuerit, in

Digitized by Google

qua fratres fuerunt? Quis est, qui horum consensum conspirantem et penè conflatum, in hac propé æqualitate fraterna non noverit? Qui hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quám ut hi fratres diversas sententias fortunasque sequerentur? Voluntate igitur omnes tecum fuerunt, tempestate abreptus est unus: qui, si consilio id fecisset, esset eorum similis, quos tu tamen salvos esse voluisti.

Sed ierit ad bellum: discesserit non á te solum, verùm etiam à fratribus. Hi te orant tui. Equidem cùm tuis omnibus negotiis interessem, memoriâ teneo, qualis tum T. Ligarius, quæstor urbanus, fuerit erga te et dignitatem tuam. Sed parum est, me hoc meminisse: spero etiam, te (qui oblivisci nihil soles nisi injurias quoniam hoc est animi, quoniam etiam ingenii tui, te aliquid de hujus illo quæstoris officio cogitantem etiam de aliis quibusdam quæstoribus reminiscentem recordari. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud, (neque enim hæe divinabat) nisi ut tu eum tui studiosum et bonum virum judicares, nunc à te supplex fratris salutem petit: quam hujus admonitus officio cùm utrisque his dederis, tres fratres optimos et integerrimos, non solùm sibi ipsos, neque his tot ac talibus viris, neque nobis necessariis suis, sed etiam reipublicæ condonaris.

Fac igitur, quod de homine nobilissimo et clarissimo M. Marcello fecisti nuper in curia nunc idem in foro de optimis, et huic omni frequentiæ probatissimis fratribus. Ut concesisti illum senatui, sic da hunc populo: cujus voluntatem carissimam semper habuisti. Et si ille dies tibi gloriosissimus, populo romano gratissimus fuit: noli, obsecro, dubitare, C. Cæsar, similem illi gloriæ laudem sæpissimé quærere. Nihil est enim tam populare, quam bonitas: nulla de virtutibus tuis plurimis nec admirabilior nec gratior misericordiâ est. Ho-

Digitized by Google

mines enim ad deos nullâ re proprius accedunt quám salutem hominibus dando. Nihil habet nec fortuna tua majus, quam ut possis, nec natura tua melius, quam ut velis conservare quam plurimos. Longiorem orationem causa forsitam postulat, tua certè natura breviorem. Quare, cum utilius esse arbitrer, te ipsum quam aut me, aut quamquam loqui tecum, finem jam faciam. Tantúmte admonebo, si illi absenti salutem dederis, præsentibus his omnibus te daturum.



Digitized by Google

TIBULO.

ELEGIA X. IN BELLUM.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?
  Quàm ferus, et veré ferreus ille fuii!
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
  Tunc brevior diræ mortis aperta via est.
At nihil ille miser meruit; nos ad mala nostra
  Vertimus, in sævas quod dedit ille feras.
Divitis hoc vitium est auri, nec bella fuerunt,
  Fagimus adstabat cùm scyphus ante dapes.
Non arces, non vallus erat, somnumque petebat
  Securus varias dux gregis inter oves.
Tunc mihi vita foret: vulgi nec tristia nossem
  Arma, nec audissem corde micante tubam.
Nunc ad bella trahor: et jam quis forsitam hostis
  Hæsura in nostro tela gerit latere.
Dî patrii, servate Lares: aluistis et îdem,
  Cursarem vestros cùm tener ante pedes.
Neu pudeat prisco vos esse è stipite factos,
  Sic veteris sedes incoluistis avi.
Tunc meliùs tenuère fidem, cum paupere cultu

Digitized by Google

Stabat in exigua ligneus æde Deus.
Hic placatus erat, seu quis libaverat uvam,
Seu dederat sanctæ spicea serta comæ.
Atque aliquis voti compos, liba ipse ferebat,
Posque comes purúm filia parva favum.
At nobis ærata, Lares, depellite tela.
Hostiaque è plenâ rustica porcus arâ.
Hunc purâ cum veste sequar, myrtoque canistra
Vincta geram, myrto vinctus et ipse caput.
Sic placeam vobis: alius sit fortis in armis,
Sternat et adversos Marte favente duces.
Ut mihi potanti possit sua dicere facta
Miles, et in mensa pingere castra mero.
Quis furor est atram bellis arcessere mortem?
Imminet, et tacito clam venit illa pede!
Non seges est infra, non vinea culta, sed audax
Cerberus, et Stigiæ navita turpis aquæ.
Illic exesisque genis, ustoque capillo
Errat ad obscuros pallida turba lacus.
Quám potiús laudandus hic est, quem prole paratâ
Occupat in parbâ pigra senecta casa!
Ipse suas sectatur oves; at filius agnos,
Et calidam fesso comparat usor aquam.
Sic ego sim, liceatque caput candescere canis,
Temporis et prisci facta referre senem.
Interea Pax arva colat. Pax candida primúm
Duxit araturos sub juga curva boves.
Páx aluit vites, et succos condidit uvæ,
Funderet ut nato testa paterna merum.
Pace bidens, vomerque nitent: at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.
At nobis, Pax alma, veni, spicamque teneto,
Perfluat et pomis candidus ante sinus.

Digitized by Google

OVIDIO.

TRISTIUN.—LIBER PRIMUS.—ELEGIA I.

Parve, nec invideo, sine me, liber, ibis in urbem,
  Hei mihi! quô domino non licet ire tuo.
Vade, sed incultus; qualem decet exulis esse:
  Infelix, habitum temporis hujus habe.
Nec te purpureo velent vaccinia fuco:
  Non est conveniens luctibus ille color.
Nec titulus minio, nec cedro charta notetur,
  Candida nec nigrâ cornua fronte geras.
Felices ornent hæc instrumenta libellos:
  Fortunæ memorem te decet esse meæ.
Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes,
  Hirsutus passis ut videare comis.
Neve liturarum pudeat: qui viderit illas,
  De lacrymis factas sentiat esse meis.
Vade, liber, verbisque meis loca grata saluta:
  Contingam certè, quo licet, illa pede.
Siquis, ut in populo nostri non inmemor illic,
  Siquis qui, quid agam, fortè requirat, erit;
Vivere me dices; salvum tamen esse negabis;
  Id quoque, quód vivam, munus habere Dei.
Atque ita te tacitus quærenti plura legendum,
  Ne, quæ non opus est, fortè loquare, dabis.
Protinus admonitus repetet mea crimina lector,
  Et peragar populi publicus ore reus.
Neu cave defendas, quamvis mordebere dictis:
  Causa patrocinio non bona pejor erit.
Invenies aliquem, qui me suspiret ademtum,

Digitized by Google

Carmina nec siccis perlegat ista genis:
Et facitus secum, nequis malus audiat, optet,
Sit mea, lenito Cæsare, pœna minor.
Nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ille, precamur,
Placatos misero qui volet esse Deos.
Quæque volet, rata sint; ablataque principis ira
Sedibus in patriis det mihi posse mori.
Ut perages mandata, liber, culpabere forsan;
Ingeniique minòr laude ferere mei.
Judicis officium est, ut res, ita tempora rerum
Quærere; quæsito tempore, tutus eris.
Carmina proveniunt animo deducta sereno:
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis et otia quærunt;
Me mare, me venti, me fera jactat hiems.
Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensem
Hæsurum jugulo jam puto jamque meo.
Hæc quoque quód facio, judex mirabitur æquus;
Scriptaque cum venia qualiâcumque leget.
Da mihi Mæonidem, et tot circumspice casus;
Ingenium tantis excidet omne malis.
Denique securus famæ, liber, ire memento:
Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.
Non ita se nobis præbet fortuna secundam,
Ut tibi sit ratio laudis habenda tuæ.
Donec eram sospes, tituli tangebar amore;
Quærendique mihi nominis ardor erat.
Carmina nunc si non studiumque, quod obfuit, odi,
Sit satis, ingenio sic fuga parta meo.
I tamen, i, pro me tu, cui licet, adspice Romam:
Dî facerent possem nunc meus esse liber!
Nec te, quod venias magnam peregrinus in urbem,
Ignotum populo posse venire puta.
Ut titulo careas, ipso noscêre colore:

Digitized by Google

Dissimulare velis te licèt esse meum.
Clam tamem intrato; ne te mea carmina lædant:
Non sunt, ut quondam, plena favoris erant.
Si quis erit, qui te, quòd sis meus, esse legemdum
Non putet, ê gremio rejiciatque suo;
Inspice, dic titulum, non sum præceptor amoris:
Quas meruit, pænas jam dedit illud opus.
Forsitam expectes, an in alta palatia missum
Scandere te jubeam, Cæsareamque domum.
Ignoscant augusta mihi loca, Dîque locorum:
Venit in hoc illâ fulmen ab arce caput:
Esse quidem memini mitissima sedibus illis
Numina; sed timeo, qui nocuêre, Deos.
Terretur minimo pennæ stridore columba,
Unguibus accipiter, saucia facta tuis.
Nec procul à stabulis audet secedere, siqua
Excussa est, avidi dentibus agna lupi,
Vitaret cœlum Phaëton, si viveret; et quos
Optarat stultè, tangere nollet equos.
Me quoque, quæ sensi, fateor Jovis arma timere
Me reor infesto, cùm tonat, igne peti.
Quicumque Argolicâ de classe Capharea fugit,
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.
Et mea cymba semèl vastâ percussa procellâ,
Illum, quo læsa est horret adire locum.
Ergo, care liber, timidâ circumspice mente,
Et satis à mediâ sit tibi plebe legi.
Dum petit infirmis nimiùm sublimia pennis
Icarus, Icariis nomina fecit aquis.
Difficile est tamen, hic remis utaris, an aurâ,
Dicere; consilium resque locusque dabunt.
Si poteris vacuo tradi; si cuncta videbis
Mitia; si vires fregerit ira suas;
Siquis erit, qui te dubitantem et adire timentem
Tradat, et ante tamen pauca loquatur, adi.

Digitized by Google

Luce bonâ, dominoque tuo felicior ipse
  Pervenias illuc; et mala nostra leves.
Nanque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
  Solus Achilleo tollere more potest.
Tantùm ne noceas, dum vis prodesse, videto;
  Nam spes est animi nostra timore minor.
Quæque quiescebat, ne mota resæviat ira,
  Et pœnæ tu sis altera causa, cave.
Cùm tamen in nostrum fueris penetrale receptus,
  Contigerisque tuam, scrinia parva, domum;
Adspicies illic positos ex ordine fratres,
  Quos studium cunctos evigilavit idem.
Cetera turba palàm titulos ostendet apertos,
  Et sua detectâ nomina fronte geret.
Tres procul obscurâ latitantes parte videbis:
  Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent.
Hos tu vel fugias, vel si satis oris habebis,
  Œdipodas facito, Telegonosque voces.
Deque tribus moneo, siqua est tibi cura parentis,
  Ne quemquam, quamvis ipse docebit, ames.
Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ,
  Nuper ab exequiis carmina rapta meis:
His mando dicas, inter mutata referri
  Fortunæ vultum corpora posse meæ,
Nanque ea dissimilis subitò est effecta priori:
  Flendaque nunc, aliquo tempore læta fuit.
Plura quidem mandare tibi, si quæris, habebam;
  Sed vereor tardæ causa fuisse moræ.
Quod si, quæ subeunt, tecum, liber, omnia ferres;
  Sarcina laturo magna futurus eras.
Longa via est: propera Nobis habitabitur orbis
  Ultimus, à terrâ terra remota meâ.

Digitized by Google

ELEGIA II.

Di maris et cœli, quid enim nisi vota supersunt?
  Solvere quassatæ parcite membra ratis.
Neve, precor, magni subscribite Cæsaris iræ:
  Sæpe, premente Deo, fert Deus alter opem.
Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo:
  Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Æneam propior Saturnia Turno:
  Ille tamen Veneris numine tutus erat.
Sæpe ferox cautum petiit Neptunus Ulyssem:
  Eripuit patruo sæpe Minerva suo.
Et nobis aliquod, quamvis distamus ab illis,
  Quid vetat irato numen adesse Deo?
Verba miser frustra non proficientia perdo:
  Ipsa graves spargunt ora loquentis aquæ.
Terribilisque Notus jactat mea dicta: precesque.
  Ad quos mittuntur, non sinit ire Deos.
Ergo idem venti, ne causâ lædar in una,
  Velaque nescio quò, votaque nostra ferunt.
Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum!
  Jam jam tacturos sidera summa putes.
Quantæ diducto subsidunt æquore valles!
  Jam jam tacturas Tartara nigra putes.
Quòcumque adspicias, nihil est nisi pontus et æther,
  Fuctibus hic tumidis, nubibus ille minax.
Inter utrumque fremunt immani turbine venti:
  Nescit, cui domino pareat, unda maris.
Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu:
  Nunc Zephyrus sero vespere missus adest:
Nunc gelidus siccâ Boreas bacchatur ab Arcto:
  Nunc Notus adversâ prælia fronte gerit.
Rector in incerto est: nec quid fugiatve petatve,
  Invenit; ambiguis ars stupet ipsa malis.

Digitized by Google

Scilicet occidimus, nec spes nisi vana salutis:
  Dumque loquor, vultus obruit unda meos.
Opprimet hanc animam fluctus: frustraque precanti
  Ore necaturas accipiemus aquas.
At pia nihil aliud quâm me dolet exule conjux:
  Hoc unum nostri scitque gemitque mali.
Nescit in immenso jactari corpora ponto:
  Nescit agi ventis: nescit adesse necem.
Dî bene, quód non sum mecum conscendere passus;
  Ne mihi mors misero bis patienda foret.
At nunc, ut peream, quoniam caret illa periclo,
  Dimidiâ certè parte superstes ero.
Hei mihi, quám celeri micuerunt nubila flammâ!
  Quantus ab æthereo personat axe fragor!
Nec leviús laterum tabulæ feriuntur ab undis.
  Quàm grave ballistæ mœnia pulsat onus.
Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes:
  Posterior nono est, undecimoque prior.
Nec letum timeo: genus est miserabile leti:
  Demite naufragium: mors mihi munus erit.
Est aliquid, fatove suo, ferrove cadentem
  In solitâ moriens ponere corpus humo:
Est mandata suis aliquid sperare sepulcra,
  Et non æquoreis piscibus esse cibum.
Fingite me dignum tali nece: non ego solus
  Hic vehor. Immeritos cur mea pœna trahi?
Proh Superi, viridesque Dei, quibus æquora curæ!
  Utraque jam vestras sístite turba minas.
Quamque dedit vitam mitissima Cæsaris ira,
  Hanc sinite infelix in loca jussa feram.
Si, quam commerui, pœnam me pendere vultis;
  Culpa mea est ipso judice morte minor.
Mittere me Stygias si jam voluisset ad undas
  Cæsar, in hoc vestrâ non eguisset ope.
Est illi nostri non invidiosa cruoris

Digitized by Google

Copia; quodque dedit, cùm volet, ipse feret.
Vos modó, quos certe nullo puto crimene læsos,
Contenti nostris, Dî, precor, este malis.
Nec tàmem ut cuncti miserum servare velitis,
Quod periit, salvum jam caput esse potest.
Ut mare considat, ventisque ferentibus utar;
Ut mihî parcatis; num minùs exul ero?
Non ego divitias avidus sine fine parandi
Latum mutandis mercibus æquor aro;
Nec peto, quas quondam petii studiosus, Athenas.
Oppida non Asiæ, non loca visa priùs.
Non ut, Alexandri claram delatus in urbem,
Delicias videam, Nile jocose, tuas.
Quód faciles opto ventos, quis credere possit?
Sarmatis est tellus, quam mea vota petunt.
Obligor, ut tangam lævi fera litora Ponti;
Quódque sit á patriâ tam fuga tarda, queror.
Nescio quo videam positos ut in orbe Tomitas,
Exilem facio per mea vota viam.
Seu me diligitis, tantos compescite fluctus;
Pronaque sint nostræ numina vestra rati;
Seu magis odistis, jussæ me advertite terræ:
Supplicii pars est in regione mei.
Ferte, quid hîc facio? rapidi mea carbasa venti:
Ausonios fines cur mea vela vident?
Noluit hoc Cæsar: quid, quem fugat ille, tenetis?
Adspiciat vultus Pontica terra meos.
Et jubet, et merui; nec, quæ damnaverit ille,
Crimina defendi, fasve piumve puto.
Si tamen acta Deos numquam mortallia fallunt:
A culpa facinus scitis abesse mea.
Immó ita, vos scitis. Si me meus abstulit error,
Stultaque mens nobis, non scelerata fuit.
Quamlibet é minimis, domui si favimus illi;
Si satis Augusti publica jussa mihi;

Digitized by Google

Hoc duce si dixi felicia sæcula, proque
  Cæsare thura pius Cæsaribusque dedi;
Si fuit hic animus nobis: ita parcite, Divi:
  Sin minus; alta cadens obruat unda caput.
Fallor? an incipiunt gravidæ evanescere nubes,
  Victaque mutati frangitur ira maris?
Non casus: sed vos sub conditione vocati,
  Fallere quos non est, hanc mihi fertis opem.

ELEGIA III

Cùm subit illius tristissima noctis imago,
  Quæ mihi supremum tempus in urbe fuit;
Cùm repeto noctem, quâ tot mihi cara reliqui:
  Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.
Jam prope lux aderat, quâ me discedere Cæsar
  Finibus extremæ jusserat Ausoniæ.
Nec mens, nec spatium fuerant satis acta paranti:
  Torpuerant longâ pectora nostra mora.
Non mihi servorùm, comitis non cura legendi:
  Non aptæ profugo vestis opisve fuit.
Non aliter stupui, quâm qui Jovis ignibus ictus
  Vivit; et est vitæ nescius ipse suæ.
Ut tamen hanc animo nubem dolor ipse removit,
  Et tandem sensus convaluêre mei;
Alloquor extremum mœstos abiturus amicos,
  Qui modò de multis unus et alter erant.
Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat:
  Imbre per indignas usque cadente genas.
Nata procul Libycis aberat diversa sub oris;
  Nec poterat fati certior esse mei.
Quòqumque adspiceres, luctus gemitusque sonabant,
  Formaque non taciti funeris intus erat:
Femina, virque, meo pueri quoque funere mœrent:

Digitized by Google

Inque domo lacrymas angulus omnis habet.
Si licet exemplis in parvo grandibus uti;
Hæc facies Trojæ, cùm caperetur, erat.
Jamque quiescebant voces hominumque canumque,
Lunaque nocturnos alta regebat equos.
Hanc ego suspiciens, et ab hac Capitolia cernens,
Quæ nostro frustra juncta fuere Lari:
Numina vicinis habitantia sedibus, inquam,
Jamque oculis numquam templa videnda meis
Dîque reliquendi, quos urbs habet alta Quirini;
Este salutati tempus in omne mihi.
Et quamquam seró clypeum post vulnera sumo:
Attamen hanc odiis exonerate fugam;
Cœlestique viro, quis me deceperit error,
Dicite; pro culpâ ne scelus esse putet.
Ut, quod vos scitis, pœnæ quoque sentiat auctor:
Placato possum non miser esse Deo:
Hac prece adoravi superos ego: pluribus uxor
Singultu medios præpediente sonos.
Illa etiam, ante Lares passis prostrata capillis,
Contigit extinctos ore tremente focos,
Multaque in adversos effudit verba Penates,
Pro deplorato non valitura viro.
Jamque moræ spatium nox præcipitata negabat,
Versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.
Quid facerem? blando patriæ retinebar amore:
Ultima sed jussæ nox erat illa fugæ.
Ah! quoties aliquo dixi properante, quid urges?
Vel quó festines ire, vel unde, vide
Ah! quoties certam me sum mentitus habere
Horam, propositæ quæ foret apta viæ.
Ter limen tetigi; ter sum revocatus: et ipse
Indulgens animo pes mihi tardus erat.
Sæpe eadem mandata dedi: meque ipse fefelli,
Resiciens oculis pignora cara meis.

Digitized by Google

Denique, quid propero? Scythia est, quò mittimur, inquam:
Roma relinquenda est: utraque justa mora est.
Uxor in æternum vivo mihi viva negatur,
Et domus, et fidæ dulcia membra domûs,
Quosque ego fraterno dilexi more sodales:
O mihi Theseâ pectora junta fide!
Dum licet, amplectar: numquam fortasse licebit
Ampliús. In lucro, quæ datur hora, mihi est.
Nec mora; sermonis verba imperfecta relinquo.
Complectens animo proxima quæque meo.
Dum loquor, flemus; cœlo nitidissimus alto
Stella gravis nobis Lucifer ortus erat.
Dividor haud aliter, quam si mea membra relinquam:
Et pars abrumpi corpore visa suo est.
Sic Priamus doluit, tunc cùm in contraria versus
Ultores habuit proditionis equus.
Tunc veró exoritur clamor gemitusque meorum;
Et feriunt mœstæ pectora nuda manus;
Tunc veró conjux, humeris abeuntis inhærens,
Miscuit hæc lacrymis tristia dicta suis:
Non potes avelli: simul ah! simul ibimus, inquit;
Te sequar; et conjux exulis exsul ero.
Et mihi facta via est; et me capit ultima tellus:
Accedam profugæ sarcina parva rati.
Te jubet è patria discedere Cæsaris ira;
Me pietas: pietas hæc mihi Cæsar erit.
Talia tentabat: sic et tentaverat ante:
Vixque dedit victas utilitate manus.
Egredior (sive illud erat sine funere ferri)
Squalidus immissîs hirta per ora comis.
Illa dolore mei tenebris narratur obortis,
Semianimis mediâ procubuisse domo.
Utque resurrexit, fædatis pulvere turpi

Digitized by Google

Crinibus, et gelidâ membrâ levavit humo:
Se modó, desertos modò complorasse Penates;
Nomen et erepti sæpe vocasse viri:
Nec gemuisse minus, quám si natæve, meumve
Vidisset structos corpus habere rogos:
Et voluisse mori; moriendo ponere sensus:
Respectuque tamen non posuisse mei.
Vivat: et absentem, quoniam sic fata tulerunt,
Vivat, et auxilio sublevet usque suo.

VIRGILIO.

BUCÓLICA,—EGLOGA I.—TITYRUS.

Melibœus, Tityrus.

Mel.— Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi
Silvestrem tenui Musam meditaris avenâ.
Nos patriæ fines, et dulcia linquimus arva;
Nos patriam fugimus; tu, Tityre, lentus in umbra
Formosam resonare doces Amaryllida sylvas.
T.—O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.
Namque erit ille mihi semper deus: illius aram
Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti
M.—Non equidem invideo, miror magis, undique totis
Usque adeò turbatur agris. En ipse capellas
Protinus æger ago; hanc etiam vix, Tityre duco.
Hic inter densas corylos modò namque gemellos
Spem gregis, ah! silice in nuda connixa reliquit.
Sæpe sinistra cavâ prædixit ab illice cornix.
Sed tamen, iste Deus qui sit, da, Tityre nobis.

Digitized by Google

T.—Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe, putavi
Stultus ego huic nostræ similem, quó sæpe solemus
Pastores ovium teneros depellere fœtus.
Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos
Nôram: sic parvis componere magna solebam.
Verùm hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
M.—Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
T.—Libertas: quæ sera, tamem respexit inertem,
Candidior postquam tondenti barba cadebat:
Respexit tamen, et longo post tempore venit.
Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Namque, fatebor enim, dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculî;
Quamvis multa meis exiret victima septis,
Pinguis et ingratæ premeretur caseus urbi,
Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat.
M.—Mirabar quid mœsta deos, Amarylli, vocares,
Cui pendère suâ patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat: ipse te, Tiiyre, pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.
T.—Quid facerem? neque servitio me exire licebat,
Nec tam præsentes alibi cognoscere divos.
Hic illum vidi juvenem, Melibœe, quotannis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti:
Pascite, ut ante, boves, pueri: submittite tauros.
M.—Fortunate senex, ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna satis; quamvis lapis omnia nudus
Limosoque palus obducat pascua junco:
Non insueta graves tentabunt pabula; fœtas
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Fortunate senex, hic inter flumina nota,

Digitized by Google

Et fontes sacros, frigus captabis opacum.
Hic tibi quæ semper vicino ab limite sepes,
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpe levi somnum suadebit inire susurro.
Hic altâ sub rupe canet frondator ad auras;
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes.
Nec gemere aëriâ cessabit turtur ab ulmo.

T.—Ante leves ergo pascentur in æthere cervi,
Et freta destituent nudos in litore pisces;
Ante pererratis amborum finibus, exsul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quám nostro illius labatur pectore vultus.

M.—At nos hinc alii sitientes ibimus Afros:
Pars Scythiam et rapidum Cretæ veniemus Oaxem,
Et penitus toto diversos orbe Britannos.
En umquam patrios longo post tempore fines,
Pauperis et tugurî congestum cespite culmen.
Post aliquot, mea regna, videns mirabor aristas?
Impius hæc tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quò discordia cives
Perduxit miseros! en queis consevimus agros!
Insere nunc, Melibœe, pyros, pone ordine vites.
Ite meæ, quodam felix pecus, ite capellæ.
Non ego vos posthac, viridi projectus in antro,
Dumosâ pendere procul de rupe videbo.
Carmina nulla canam: non, me pascente, capellæ,
Florentem citysum et salices carpetis amaras.

T.—Hic tamem hâc mecum poteras requiescere nocte
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, et pressi copia lactis.
Et jam summa procul villarum culmina fumant.
Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.

Digitized by Google

Q. HORATII FLACCI EPISTOLA AD PISONES.

PRECEPTO I.

Humano capiti cervicem pictor equinam
Jungere si velit, et varias inducere plumas
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa supernè;
Spectatum admissi, risum teneatis, amici?
Credite, Pisones, isti tabulæ fore librum
Persimilem, cujus, velut ægri somnia, vanæ
Fingentur species, ut nec pes nec caput uni
Reddatur, formæ. Pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.
Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissîm;
Sed non ut placidis coeant immitia, non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.

Digitized by Google

II.

Incæptis gravibus plerumque et magna profesis
Purpureus, late qui splendeat, unus et alter
Assuitur pannus; cum lucus, et ara Dianæ,
Et properantis aquæ per amoenos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus.
Sed nunc non erat his locus, et fortasse cupressum
Scis simulare; ¿quid hoc, si fractis enatat exspes
Navibus, ære dato, qui pingitur? Amphora cœpit
Institui, currente rota, ¿cur urceus exit?
Denique sit quod vis, simplex dumtaxat et unum.

III.

Maxima pars vatum, pater et juvenes patre digni,
Decipimur specie recti: brevis esse laboro,
Obscurus fio: sectantem lævia nervi
Deficiunt animique, professus grandia, turget:
Serpit humi tutus nimium, timidusque procellæ.
Qui variare cupit rem prodigialiter unam,
Delphinum sylvis appingit, fluctibus aprum.
In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

IV.

Æmilium circa ludum faber imus et ungues
Exprimet, et molles imitabitur ære capillos;
Infelix operis summâ, quia ponere totum
Nesciet. Hunc ego me, si quid componere curem,
Non magis esse velim, quam pravo vivere naso,
Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.

Digitized by Google

V.

Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam
Viribus, et versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. Cui lecta potenter erit res,
Nec fecundia deseret hunc, nec lucidus ordo.

VI.

Ordinis haec virtus erit, et venus, aut ego fallor,
Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici,
Pleraque differat, et præsens in tempus omittat;
Hoc amet, hoc spernat, promissi carminis auctor.

VII.

In verbis etiam tenuis, cautusque serendis;
Dixeris egregiè, nòtum si callida verbum
Reddiderit junctura novum. Si fortê necesse est
Indiciis monstrare recentibus abdita rerum,
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget, dabiturque licentia sumpta pudenter.
Et novo, fictaque nuper, habebunt verba fidem, si
Graæco fonte cadant, parcè detorta. ¿Quid autem
Cæcilio Plautoque dabit Romanus, ademptum
Virgilio Varioque? Ego cur, acquirere pauca
Si possum, invideor, cum lingua Catonis et Enni
Sermonem patrium ditaverit, et nova rerum
Nomina protulerit? Licuit, semperque licebit
Signatum præsente notâ procudere nomen.
Ut sylvæ foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt; ita verborum vetus interit ætas,
Et juvenum ritu florent modó nata, vigentque.
Debemur mortî nos, nostraque: sive receptus

Digitized by Google

Terrâ Neptunus classes aquilonibus arcet,
Regis opus; sterilisve diu palus, aptaque remis
Vicinas urbes alit, et grave sentit aratrum;
Seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius, Mortalia facta peribunt;
Nedum sermonum stet honos et gratia vivax.
Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque,
Quæ nunc sunt in honore, vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est, et jus, et norma lequendi.

VIII.

Res gestæ regumque, ducumque, et tristia bella
Quo scribi possent numero, monstravit Homerus.
Versibus impariter junctis querimonia primùm,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est.
Archilocum proprio rabies armavit jambo.
Hunc socci cepere pedem, grandesque cothurni,
Alternis aptum sermonibus, et populares
Vincentem strepitus, et natum rebus agendis
Musa dedit fidibus Divos, puerosque Deorum,
Et pugilem victorem, et equum certamine primum,
Et juvenum curas, et libera vina referre.

IX.

¿Descriptas servare vices, operumque colores,
Cur ergo, si nequeo, ignoroque, poeta salutor?
Cur nescire pudens pravé, quàm discere maló?
Versibus exponi tragicis res comica non vult.
Indignatur item privatis, ac prope socco
Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ.
Singula quæque locum teneant sortita decenter

Digitized by Google

Interdum tamen et vocem comœdia tollit,
Iratusque Chremes tumido delitigat ore;
Et tragicus plerumque dolet sermone pe destri.
Telephus, et Peleus, cum pauper et exul uterque
Projicit ampullas, et sexquipedalia verba,
Si curat cor spectantis tetigisse querellâ.
Non satis est pulchra esse poemata: dulcia sunto,
Et, quocunque volent, animum auditoris agunto.
Ut ridèntibus arrident, ita flentibus adflent
Humani vultus; si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi, tunc tua me infortunia lædent.
Telephe, vel Peleu, malè si mandata loqueris,
Aut dormitabo, aut ridebo. Tristia mœstum
Vultum verba decent; iratum plena minarum:
Ludentem lasciva; severum seria dictu:
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum babitum; juvat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mœrore gravi deducit, et angit;
Post effert animi motus, interprete linguâ.
Si dicentis erunt fortunis absona dicta,
Romani tollent equites, peditesque cachinum.

X.

Intererit multum divusne loquatur, an heros;
Maturusne senex, an adhuc florente juventa
Fervidus; an matrona potens, an sedula nutrix;
Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli;
Colchus, an Assyrius; Thebis nutritus, an Argis.
Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge,
Scriptor. Honoratum si forté reponis Achilem,
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox, invictaque, flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.

Digitized by Google

Si quid inexpertum scenæ committis, et audes
Personam formare novam, servetur ad imum,
Qualis ab incœpto processerit, et sibi constet.
Difficile est proprié communia dicere: tuque
Rectiùs iliacum carmen deducis in actus,
Quàm si proferres ignota, indictaque primus.

XI.

Publica materies privati juris erit, si
Nec circa vilem, patulumque moraberis orbem;
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres; nec desilies imitator in arctum,
Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex.
Nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim:
«Fortunam Priami cantabo, et nobile bellum.»
¿Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes; nascetur ridiculus mus.
Quantò rectius hic, qui nîl molitur iuepté:
«Dic mihi, Musa, virum captæ post tempora Trojæ,
Qui mores hominum multorum vidit et urbes.»
Non fumum ex fulgore, sed fumo dare lucem
Cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,
Antiphatem, Scyllamque, et cum cyclope Charybdin.
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum trojanum orditur ab ovo.
Semper ad eventum festinat, et in medias res,
Non secus ac notas, auditorem rapit; et quæ
Desperat tractata nistescere posse, relinquit
Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet,
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

XII.

Tu, quid ego et populus mecum desideret, audi,
Si plausoris eges aulæa manentis, et usque
Sessuri, donec cantor, «vos plaudite», dicat,

Digitized by Google

Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus et annis.
Reddere qui voces jam scit puer, et pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, et iram
Colligit, ac ponit temere, et mutatur in horas.
Imberbis juvenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibusque, et aprici gramine campi:
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Utilium tardus provisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusque, et amata relinquere pernix.
Conversis studiis, ætas animusque virilis
Quærit opes, amicitias; inservit honori;
Commisisse cavet, quod mox mutare laboret,
Multa senem circumveniunt incommoda; vel quòd
Quærit, et inventis miser abstinet, ac timet uti;
Vel quod res omnes timidè gelidèque ministrat.
Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti,
Se puero, censor, castigatorque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt. Ne forte seniles
Mandentur juveni partes, pueroque viriles,
Semper in adjunctis ævoque morabimur aptis.

XIII.

Aut agitur res in scenis, aut acta refertur:
Segnius irritant animo demissa per aurem.
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, et quæ
Ipse sibi tradit spectator. Non tamen intus
Digna geri promes in scenam; multaque tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præsens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet,
Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus,
Aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem.
Quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.

Digitized by Google

XIV.

Neve minor, neu sit quinto productior actu,
Fabula, quæ posci vult, et spectata reponi.

XV.

Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit; nec quarta loqui persona laboret.

XVI.

Actoris partes chorus, officiumque virile
Defendat: neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, et hæreat aptè.
Ille bonis faveatque, et consilietur amicè,
Et regat iratos, et amet peccare timentes:
Ille dapes laudet mensæ brevis: ille salubrem
Justitiam, legesque, et apertis otia portis:
Ille tegat commissa, Deosque precetur, et oret,
Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.
Tibia non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque
Æmula, sed tenuis, simplexque, foramine pauco
Adspirare, et adese choris, erat utilis, atque
Nondum spissa nimis complere sedilia flatu:
Quó sanè populus numerabilis, utpote parvus,
Et frugi, castusque, verecundusque coibat.
Postquam cœpit agros extendere victor, et urbem
Latior amplecti murus, vinoque diurno
Placari Genius festis impunè diebus,
Accessit numerisque, modisque licentia major.
¿Indoctus quid enim saperet, liberque laborum
Rusticus urbano confusus, turpis honesto?
Sic priscæ motumque, et luxuriem addidit arti
Tibicen, traxitque vagus per pulpita vestem:

Digitized by Google

Sic etiam fidibus voces crevere severis,
Et tulit eloquium insolitum facundia præceps.
Utiliumque sagax rerum, et divina futuri.
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

XVII.

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agrestes satyros nudavit, et asper
Incolumi gravitate, jocum tentavit, eo quod
Illecebris erat, et grata novitate morandus
Spectator, functusque sacris, et potus, et exlex.
Verùm ita risores, ita commendare dicaces,
Conveniet satyros, ita vertere seria ludo,
Ne quicumque Deus, quicumque adhibebitur heros,
Regali conspectus in auro nuper et ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas,
Aut, dum vitat humum, nubes et inania captet.
effutire leves indigna tragœdia versus.
Ut festis matrona moveri jussa diebus,
Intererit Satyris paulum pudibunda protervis.

XVIII.

Non ego inornata, et dominantia nomina solum,
Verbaque, Pisones, satyrorum scriptor amabo:
Nec sic enitar tragico diferre colori,
Ut nihil intersit, Davusne loquatur, et audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum;
An custos, famulusque Dei Silenus alumni.

XIX.

Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis
Speret idem: sudet multùm, frustraque laboret,

Digitized by Google

Ausus idem: tantum series, juncturaque pollet,
Tantum de medio sumptis accedit honoris.

XX.

Silvis deducti caveant, me judice, fauni,
Ne, velut innati triviis, ac pené forenses,
Aut nimiúm teneris juvenentur versibus unquam,
Aut immunda crepent, ignominiosaque dicta:
Offenduntur enim quibus est equus, et pater, et res;
Nec, si quid fricti ciceris probat, et nucis emptor,
Æquis accipiunt animis, donantve corona.

XXI.

Syllaba longa brevi subjecta, vocatur jambus,
Pes citus: unde etiam trimetris accrescere jussit
Nomen jambeis, cum senos redderet ictus,
Primus ad extremum similis sibi. Non ita pridem,
Tardior ut paulo grâviorque veniret ad aures,
Spondeos stabiles in jura paterna recepit
Commodus et patiens: non ut de sede secunda
Cederet, aut quartâ socialiter. Hic et in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus et Enni.

XXII.

In scenam missus magno cum pondere versus,
Aut opere celeris nimiúm, curâque carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi
Non quivis videt immodulata poemata judex;
Et data romanis venia est indigna poetis.
¿Idcircone vager, scribamque licenter? an omnes
Visuros peccata putem mea, tutus et intra
Spem veniæ cautus? Vitavi denique culpam,

Digitized by Google

Non laudem merui. Vos exemplaria græca
Nocturnâ versate manu, versate diurnâ.
At nostri proavi plautinos et numeros, et
Laudavere sales; nimiùm patienter utrumque,
Ne dicam stultè, mirati, si modò ego, et vòs
Scimus inurbanum lepido seponere dicto,
Legitimumque sonum digitis callemus, et aure.
Ignotum tragicæ genus invenisse Camoenæ
Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent, agerentque, peruncti fæcibus ora.
Post hunc personæ, pallæque repertor honestæ
Æschylus, et modicis instravit pulpita tignis,
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.
Successit vetus his comœdia, non siné multa
Laude; sed in vitium libertas excidit et vim
Dignam lege regi: lex est accepta; chorusque
Turpiter obticuit, sublato jure nocendi.
Nîl intentatum nostri liquere poetæ;
Nec minimum meruere decus, vestigia græca
Ausi deserere, et celebrare domestica facta,
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret, clarisve potentius armis,
Quàm linguâ Latium, si non offenderet unum-
Quemque poetarum limæ labor, et mora. Vos o
Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non
Multa dies, et multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non castigavit ad unguen.
Ingenium miserâ quia fortunatius arte
Credit, et excludit sanos Helicone poetas,
Democritus, bona pars non ungues ponere curat,
Non barbam, secreta petit loca, balnea vitat.
Nanciscetur enim pretium, nomenque poetæ,
Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Licino commiserit ¡O ego lævus,
Qui pugor bilem sub verni temporis horam!

Digitized by Google

Non alius faceret meliora poemata; verùm
Nîl tanti est. Ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi.
Munus et officium, nîl scribens, ipse docebo;
Unde parentur opes, quid alat, formetque poetam;
Quid deceat, quid non; quò virtus, quò ferat error.

XXIII.

Scribendi recté sapere est et principium, et fons.
Rem tibi socraticæ poterunt ostendere chartæ,
Verbaque provisam rem non invita sequentur.
Qui deidicit patriæ quid debeat, et quid amicis,
Quo sit amore parens, quo frater amandus, et hopes;
Quod sit conscripti, quod judicis officium; quæ
Partes in bellum missi ducis; ille profectò
Reddere personæ scit convenientia cuique.
Respicere exemplar vitæ, morumque jubebo
Doctum imitatorem, et veras hinc ducere voces.
Interdum speciosa locis, morataque rectè
Fabula, nullius veneris, sinè pondere et arte,
Valdiùs oblectat populum, meliùsque moratur,
Quàm versus inopes rerum, nugæque canoræ.

XXIV.

Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo
Musa loqui, præter laudem nullius avaris.
Romani pueri longis rationibus assem
Discunt in partes centum diducere. Dicat
Filius Albini: «si de quincunce remota est
Uuncia, ¿quid superest?—Poteras dixisse: triens.—Eu!
Rem poteris servare tuam.—Redit uncia: ¿quid fit?—
Semis.» At hæc animos ærugo, et cura peculî
Cum semel imbuerit, ¿speramus carmina fingi
Posse linenda cedro, et levi servanda cupresso?

Digitized by Google

XXV.

Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ,
Aut simul et jucunda, et idonea dicere vitæ.
Quidquid præcipies, esto brevis; ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles:
Omne supervacuum pleno de pectore manat.

XXVI.

Ficta voluptatis causâ sint proxima veris:
Nec quodcumque volet poscat sibi fabula credi;
Neu pransæ lamiæ vivum puerum extrahat alvo.
Centuriæ seniorum agitant expertia frugis:
Celsi prætereunt austera poemata Rhamnes.
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo:
Hic meret æra liber Sosiis; hic et mare transit,
Et longum noto scriptori prorogat ævum.
Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus;
Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus, et mens,
Poscentique gravem, persæpe remittit acutum,
Nec semper feriet quodqumque minabitur arcus.
Verùm ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura. ¿Quid ergo est?
Ut scritor si peccat idem librarius usque,
Quamvis est monitus, veniâ caret: et citharœdus
Ridetur, chorda qui semper oberrat eâdem,
Sic mihi, qui multum cessat, fit Chœrilus ille,
Quem bis terve bonum cum risu miror; et idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.
Verum opere in longo fas est obrepere somnum.

Digitized by Google

Ut pictura poesis: erit quæ, si propius stes,
Te capiet magis, et quædam si longius abstes:
Hæc amat obscurum; volet hæc sub luce videri,
Judicis argutum, quæ non formidat acumen;
Hæc placuit semel; hæc decies repetita placebit.

XXVII.

O major juvenum, quamvis et voce paterna
Fingeris ad rectum, et per te sapis, hoc tibi dictum
Tolle memor: certis mediun et tolerabile rebus
Rectè concedi. Consultus juris, et actor
Causarum mediocris abest virtute diserti
Messalæ, nec scit quantum Cassellius Aulus;
Sed tamen in pretio est. Mediocribus esse poetis
Non homines, non Di, non concessere columnæ.
Ut gratas inter mensas symphonia discors,
Et crassum unguentum, et sardo cum melle papaver
Offendunt, poterat duci quia cœna sine istis;
Sic animis natum inventumque poema juvandis,
Si paullum a summo discessit, vergit ad imum.
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis,
Indoctusque pilæ, discive, trochive quiescit,
Ne spissæ risum tollant impunè coronæ.
Qui nescit, versus tamen audet fingere: Quid ni?
Liber, et ingenuus, præsertim census equestrem
Summam nummorum, vitioque remotus ab omni?

XXVIII.

Tu nihil invitâ dices, faciesve, Minervâ:
Id tibi judicium est, ea mens. Si quid tamen olim
Scripseris, in Metii descendat judicis aures,
Et patris, et nostras, nonumque prematur in annum.
Membranis intus positis, delere licebit

Digitized by Google

Quod non edideris; nescit vox missa reverti.
Silvestres homines sacer, interpresque Deorum
Cædibus et victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosque leones:
Dictus et Amphion, Thebanæ conditor arcis,
Saxa movere sono testudinis, et prece blandâ
Ducere quò vellet. Fuit hæc sapientia quondam,
Publica privatis secernere; sacra profanis;
Concubitu prohibere vago; dare jura maritis;
Oppida moliri; leges incidere ligno.
Sic honor, et nomen divinis vatibus, atque
Carminibus venit. Post hos insignis Homerus,
Tyrtæusque mares animos in martia bella
Versibus exacuit. Dictæ per carmina sortes,
Et vitæ mostrata via est, et gratia regum
Pieriis tentata modis, ludusque repertus,
Et longorum operum finis; ne forte pudori
Sit tibi Musa lyræ solers, et cantor Apollo.
Naturâ fieret laudabile carmen, an arte,
Quæsitum est. Ego nec studium sinè divite venâ,
Nec rude quid prosit video ingenium: alterius sic
Altera poscit opem res, et conjurat amicê.
Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, sudavit, et alsit,
Abstinuit venere et vino: qui Pythia cantat
Tibicem, didicit priùs, extimuitque magistrum.
Nunc satis est dixisse: ego mira poemata pango:
Occupet extremum scabies; mihi turpe relinqui est,
Et quod non didici sanè nescire fateri.

XXIX.

Ut præco ad merces turbam qui cogit emendas,
Assentatores jubet ad lucrum ire poeta
Dives agris, dives positis in fœnore nummis.

Digitized by Google

Si vero est unctum qui rectè ponere possit,
Et spondere levi pro paupere, et eripere atris
Litibus implicitum, mirabor si sciet inter-
Noscere mendacem, verumque beatus amicum.

Tu, seu donaris, seu quid donare velis cui,
Nolito ad versus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ; clamabit enim: pulchrè, bene, rectè:
Pallescet super his, etiam stillabit amicis
Ex oculis rorem; saliet, tundet pede terram.
Ut qui conducti plorant in funere, dicunt,
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo; sic
Derisor vero plus laudatore movetur.
Reges dicuntur multis urgere culullis,

Et torquere mero, quem perpexisse laborant,
An sit amicitiâ dignus. Si carmina condes,
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.
Quintilio si quid recitares, corrige, sodes,
Hoc ajebat, et hoc. Melius te posse negares,
Bis terque expertum frustra; delere jubebat,
Et male tornatos incudi reddere versus.
Si deffendere delictum, quàm vertere, malles,
Nullum ultrà verbum, aut operam sumebat inanem,
Quin sinè rivali teque, et tua, solus amares.

Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes;
Culpavit duros, incomptis allînet atrum
Transverso calamo signum: ambitiosa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambiguè dictum, mutanda notabit;
Fiet Aristarchus; nec dicet: ¿cur ego amicum
Offendam in nugis? Hæ nugæ seria ducent
In mala derisum semel, exceptumque sinistrè.
Ut mala quem scabies, aut morbus regius urget,
Aut fanaticus error, et iracunda Diana,
Vesanum tetigisse timent, fugiuntque poetam
Qui sapiunt: agitant pueri incautique sequuntur.

Digitized by Google

Hic dum sublimes versus ructatur, et errat,
Si, veluti merulis intentus, decidit auceps
In puteum, foveamve; licet, «succurrite», longum
Clamet, «îo cives» non sit qui tollere curet.
Si quis curet opem ferre, et demittere funem:
¿Quî scis, an prudens huc se dejecerit, atque
Servari nolit? dicam: siculique poetæ
Narrabo interitum: Deus inmortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Insiluit. Sit jus, liceatque perire poetis.
Invitum qui servat, idem facit occidenti.
Nec semel hoc fecit: nec, si retractus erit, jam
Fiet homo, et ponet famosæ mortis amorem.
Nec satis apparet, cur versus factitet: utrùm
Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Moverit incestus. Certé furit, ac velut ursus,
Objectos caveæ valuit si frangere clathros,
Indoctum, doctumque fugat recitator acerbus:
Quem verò arripuit, tenet, occiditque legendo,
Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

A ninguno le importa de quien es este libro.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 06293 1004

Digitized by Google